Dissertatio historica de bovilla peste, ex Campaniae finibus anno MDCCXIII Latio importata: deque praesidiis Maximum ad avertendam aëris labem, et annonae caritatem opportune adhibitis. Cui accedit consilium de equorum epidemia, quae Romae grassata est anno MDCCXII / [Giovanni Maria Lancisi].

Contributors

Lancisi, Giovanni Maria, 1654-1720.

Publication/Creation

Romae : Ex typographia Joannis Mariae Salvioni, 1715.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/g5yazwm5

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

32106/B

M. xxi. 29.

Coll.

R

So

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3050868x

DISSERTATIO HISTORICA *DE* BOVILLA PESTE.

DISSERTATIO
HISTORICA
DE
BOVILLA
PESTE.

JO: MARIÆ LANCISII

A' Secretiori Cubiculo, & Archiatri Pontificii

DISSERTATIO HISTORICA

DE

BOVILLA PESTE,

Ex Campaniæ finibus anno MDCCXIII Latio importata:

DEQUE PRÆSIDIIS

PER SANCTISSIMUM PATREM

CLEMENTEM XI.

PONTIFICEM MAXIMUM

Ad avertendam aëris labem, & Annonæ caritatem opportunè adhibitis.

Cui accedit Consilium de Equorum Epidemia, quæ Romæ grassata est Anno MDCCXII.



ROMÆ MDCCXV.

Ex Typographia JOANNIS MARIÆ SALVIONI
In Archigymnasio SAPIENTIÆ.

SUPERIORUM PERMISSU.

92745

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRÆSULI
ANTONIO BANCHERIO

PROTONOTARIO APOSTOLICO,

Et Sacræ Conſultæ à Secretis Meritiſſimo.

IO: MARIA LANCISIUS
Felicitatem.



CUM primùm SANCTISSIMI PRINCIPIS imperio tuis in Ædibus, Vir Ampliſſime, delectorum Præſulum conventus fieri cœperunt ad com-

comparanda præſidia pro avertendis Bovillæ peſtis detrimentis; atque ipſe ego inter eximios Viros poſtremum locum tenerem; ſtatim non inutile futurum reputavi, ſi, quæ in ſingulis congreſſibus excuſsa eſsent, ac definita, properè in ſchedis, Te quoque vidente, & non improbante, exararem. Jam tum autem ab initio ea res mihi animum excitavit, ut ex adverſariis hiſtoriam texerem. Quod cùm facere decreviſſem, Tu mihi præ cæteris digniſſimus viſus es, cui opella nuncuparetur, quippe quæ tota propemodum tua eſt, tuo nimirum in ſinu nata, tuis conſiliis educata, & inſtructa, tuo denique favore aucta, atque illuſtrata; ut illa mihi ſuo jure ad Te properare videatur, qui in tanta negotii difficultate, atque aſperitate, egre-

gium

gium Te, *ut ſemper aliàs*, SUMMI PONTIFICIS, *& Eminentiſſimorum Cardinalium, Conſultationibus rerum Status Eccleſiaſtici præpoſitorum, Miniſtrum præbuiſti. Itaque publicum, Illuſtriſſime* Præſul, *grati in* Te *animi mei, ſtudii, cultuſque teſtimonium accipe Bovillæ cladis hiſtoriam, quam fortaſſe Poſteri non ſinè aliquo voluptatis ſenſu luſtrabunt, certè cum fructu, ſi unquam idem recurreret (quod Deus avertat) infortunium: nam actorum fidei omnem pro viribus diligentiam, uſumque, Te quoque monitore, paſſim adjunximus. Vale.*

Ex Muſeolo in Quirinali X. Kal. Octobris MDCCXV.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Archiepiſcopus Capuæ Viceſgerens.

COmmentarium *de Bovilla Peſte &c.* à celeberrimo Viro Jo: Maria Lanciſio ſubtiliter, eleganter, eruditeque conſcriptum, demandante Reverendiſſimo P. F. Gregorio Selleri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, accuratè perlegi; neque in eo quidquam deprehendi, quod orthodoxæ Religioni, aut Chriſtianæ diſciplinæ adverſetur. Qui autem typis edatur digniſſimum cenſeo, ut tam Viri Principes ad ſubditorum calamitates opportunè ſoliciteque propulſandas ab incredibili providentia, vigilantia, & liberalitate Sanctiſſimi Pontificis CLEMENTIS XI. quàm Scriptores omnes curandæ tuendæque laboribus ſuis publicæ ſalutis & utilitatis à commendatiſſimis Illuſtriſſimi Lanciſii ſtudiis ſibi ſumant exempla.

E' Bibliotheca Vaticana XVII. Kal. Decembres MDCCXV.

Carolus Majellus Bibl. Vatic. Prim. Cuſtos.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ord. Præd. Sac. Palatii Ap. Magiſter.

DIS-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

UT Hiſtoriam ſcriberem Bovillæ Peſtis, quæ Latium nuper afflixit, rerumque ſapienter, opportunèque geſtarum, quibus gliſcenti malo obviam feliciter itum eſt, non me laudis amor, aut fama eruditionis adduxit. Sentio enim quàm incultum, ac deproperatum ſit commentarium hoc, quòd inter aſſiduas muneris mei, & Aulæ curas emitto. Sed publica me duntaxat utilitas, ac debita Sanctiſſimo Principi commendatio, necnon poſteritatis incitamentum impulerunt. Scriptoris propoſitum.

E're igitur publica futurum duxi, ſi ab ipſis invaleſcentis mali primordiis originem calamitatis repetens illata detrimenta, propoſita conſilia, adhibita præſidia, actaque omnia colligerem, & collecta literis conſignarem; ut indè rerum publicarum curatores, ſi quando eadem labes (quod Deus avertat) emerſerit, quid ſibi gerendum, ac decernendum ſit, arceſſere valeant. Præſertim cùm Latio pleraque omnia remedia tam feliciter ceſſiſſe viderint, ut inter ipſam boum ſtragem neque aëris labe, neq; carnium optimarum inopiâ, neq; rei frumentariæ penuriâ laboraverit: malumque teterrimum, quod finitimas regiones diu, multumque vexavit, mirifica celeritate depulerit. Ea verò non confuſè perturbatèque, ut abantiquis factum eſt, referre & deſcribere ſuſcepi, ſed ſingula quæque documenta, & decreta eo, quo manarunt, ordine digerere conſtitui: ſive quæ ad pietatem, ſive quæ ad juriſprudentiam, & politiam, ſive quæ ad artem Medicam, ſive quæ ad liberalitatem Optimi Quid ad publicam utilitatem conferat hæc hiſtoria. Quinam ordo in ſcribendo ſervatus.

Principis pertinerent, ea prorsus methodo, quam Cardinalis Gastaldus eximia cum laude in suis de humana peste commentariis executus est.

Summi Pontificis facta commendantur.

Par etiam, æquumque judicavi illustria incredibilis solicitudinis exempla, quæ Sanctissimus Pater CLEMENS XI. edidit, omnium oculis intuenda, & admiranda proponere, & explicare; ut illi non solùm in hanc ætatem, sed in longam quoque posteritatis memoriam laus singularis munificentiæ, consiliique proveniat; quem in magnis subditorum sibi populorum periculis, & prementibus necessitatibus maximâ Dei Providentiâ datum nobis fuisse ex eo apertissimè intelligimus, quod, bovillâ grassante epidemiâ, non consueta solùm jusserit; verùm etiam quæ supra spem afflictarum Civitatum, adversus subitam calamitatem præsentissima, quà temporalia, quà spiritualia non sinè propriæ valetudinis periculo attulerit auxilia; luculenter ostendens, Imperium Sacerdotale revera curam esse, ac solicitudinem utriusque salutis alienæ. Quamobrem eadem strages, quæ alios Italiæ populos per integros annos malè habuit; quinimo semel extincta rursum revixit, armentaque vehementiùs populata est, apud nos summo Dei beneficio, & nostri Principis vigilantiâ novem duntaxat spatio mensium desæviit, ac penitus abolevit. Hanc autem laboris partem ipsa muneris mei ratio mihi imposuisse videtur; cui Summi Principis humanitas eam provinciam demandavit, ut malis ejusmodi avertendis pro mea fide, ac solertia, quantulacunque sit, multis cum eximiis, peritisque viris huic negotio præpositis operam aliquam pro Archiatri officio, studiumque conferrem. Fruere itaque, amice Lector, meis hisce lucubrationibus, quibus certè semper Tibi satisfactum à me arbitrabor, utilitate quidem, si bonas, obsequio saltem, si contra judicaveris.

Imperium Sacerdotale tam corporum, quàm animarum salutis cura est.

Ad

Ad majorem verò operis perſpicuitatem diſſertationem hanc in tres partes diſtribuendam duximus; quarum prima complectatur hiſtoriam eorum, quæ Romæ, atque in finitimis oppidis toto hujuſce peſtilentiæ tempore contigerunt; altera edictiones, ac decreta à Summo Pontifice, & Sacro Conſilio Romæ eo, quo promulgata fuerunt, tempore, ac ordine. Tertia autem diſquiſitio erit Philoſophico-medica ſingularium phænomenôn, eorumque ſigna, cauſas, ac rationes explicabit.

Totius operis diviſio in partes tres.

INDEX

CAPITUM, ATQUE EDICTORUM

Quæ in præsenti Opere continentur.

PARS PRIMA.

CAp. I. *Initium Bovillæ Luis apud Italos anno MDCCXI.* pag. 1.

Cap. II. *Principium Bovillæ Pestis in Latio.* 2.

Cap. III. *Quid Consilii à Principe, Sacrâ Consultâ, necnon à Ministris susceptum, statim ut innotuit Bovillam Pestem intrà Urbem inductam fuisse.* 3.

Cap. IV. *Per Sacram Consultam interdicitur armentorum, pastorumque commercium; infectarum carnium, & pellium usus; necnon pecorum nundinatio.* 8.

Cap. V. *Quid ad Opem Divinam implorandam sæviente boum epidemiâ Sanctissimus Pontifex edixerit.* 10.

Lit. A. *Edictum, quo Sacerdotes jussi sunt recitare preces pro peste animalium avertenda.* 15.

Lit. B. *Edictum Indulgentiarum tempore bovillæ pestis editum.* 17.

Lit. C. *Concessio Indulgentiarum Christifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium.* 25.

Lit. D. *Edictum ad excitandos Christifideles, ut proximi Adventus tempore ad Sacras Ædes confluant, in quibus Stationes fiunt, amplioresque Indulgentiæ promittuntur iis, qui consuetas preces ad sonitum campani æris recitaverint.* 29.

Cap. VI. *Provisum, nè ullo modo carnes infectorum boum, sed optimæ tantùm, ac salubres venales prostent.* 33.

Cap. VII. *Novis rationibus comprobatur tutiori consilio nos Romæ usos fuisse, prohibendo esum carnium, & detractionem ab infectis bobus pellium, adipis, & sevi: occurritur etiam quorundam objectionibus.* 34.

Cap.

Cap.VIII. *Cadavera severissimè significari jubentur : eorundem sepeliendorum, aut cremandorum curatio ad Illustrissimum Præsulem Imperialem à Summo Pontifice defertur. Ratio, & modus certis regulis statuitur.* 39.

Exemplar Literarum Apostolicarum, seu Chirographi, quo Illustriss. Præsul Julius Imperialis constituitur Generalis Curator ad sepelienda cadavera boum. 47.

Cap.IX. *De admirabili munificentiâ, qua Summus Pontifex usus est in eos, qui tempore bovillæ pestis ad egestatem redacti fuerant.* 50.

Cap.X. *Quo pacto provisum fuerit, nè boves colendis agris in posterum deessent.* 52.

Cap.XI. *Quid præterea in Præsulum conventu fuerit discussum ad impendentem ex bovilla clade Annonæ caritatem avertendam.* 54.

Cap.XII. *Quid in peculiari Eminentissimorum Cardinalium Cœtu rursum ad annonam explicandam deliberatum sit.* 58.

Cap.XIII. *Agricolæ ad faciendam sementem in annos præsertim* 1713.1714. *à Summo Pontifice præmiis incitati: pecunia iis præbita mutui nomine: nova iisdem beneficia concessa. Opportuna ratio antevertendæ arationis proponitur.* 61.

Cap.XIV. *Quibus regulis exortæ lites propter bovillam pestem inter Agricolas, ac Dominos de minuendo prædiorum vectigali, & rescindendis locationibus, aliæque inter pascuorum Dominos, & Pastores compositæ sint.* 65.

Cap.XV. *Bovillæ Pestis exitus intrà IX. menses, & pecudum peremptarum summa.* 68.

Partis Primæ Anacephalæosis. 70.

PARS SECUNDA.

PRoœmium. pag.73.

INDEX CAPITUM.

EDICTA.

Num.I. *Interdicitur, nè ex lue notatis Provinciis boves Romam adducantur.* 75.

Num.II. *Mortuorum boum pelles, aut carnes vendi prohibentur, mandaturque ut integra cadavera sepeliantur.* 78.

Num.III. *Interdicuntur nundinæ boum, & vitulorum.* 80.

Num.IV. *Rursus bovillæ nundinæ prohibentur.* 82.

Num.V. *Formula remediorum, quæ utilia quidem deprehensa sunt priusquam morbus pestilens evasisset; postea verò irrita fuerunt. Hîc autem afferuntur, ut si quando benignior ægritudo recurrat, usui esse possint.* 84.

Num.VI. *Edictum, quo Archipresbyter, & Canonici Vaticanæ Basilicæ vetant in prædium suum S. Petri in Formis, vulgò* Campo Morto, *boves exteros introduci.* 87.

Num.VII. *Edictum Eminentiss. Cardinalis Spinulæ Summi Pontificis jussu promulgatum, quo Pauli V. motus proprius confirmatur, boum aratorum, vitularumque annicularum cædes interdicitur, & certus vitulorum numerus educari jubetur.* 95.

Num.VIII. *Imperatur omnibus, ut mortuos boves significent, quò statim sepeliantur, ac humandorum, cremandorumque forma præscribitur.* 101.

Num.IX. *Jubentur Agricolæ, ac Domini agros suos conserere: quod si nolint, Annonæ Præfecto renunciare, ut aliis locari possint.* 105.

Num.X. *Carnes explorari, & notâ quadam signari jubentur, nullæque aliæ vendi permittuntur.* 109.

Num. XI. *Gravissimarum pœnarum minis interdicitur, nè cadavera insepulta relinquantur.* 112.

Num.XII. *Impunitas ac præmia promittuntur delatoribus eorum, qui legem de significandis sepeliendisque boum cadaveribus violarint.* 115.

Num.XIII. *Prorogatur Edictum de faciendâ semente, deq;*

vacca-

vaccarum albarum numero in censum referendo. 118.
Num.XIV. *Subsidii spe invitantur Agricolæ ad proscindendas glebas ineunte Martio anni insequentis* 1714. 121.
Num.XV. *Jubentur Agricolæ profiteri numerum frumenti ac frugum, quem in Agro Romano severint superiore anno* 1713. *quotque jugera excolere destinarint pro messe sequentis anni* 1714. 123.
Num.XVI. *Citantur Agricolæ, sive Conductores, ac Domini ad dicendam causam de rescindendis locationibus, minuendoque vectigali prædiorum.* 125.
Num.XVII. *Edictum Pontificium, quo excitantur Agrorum Cultores ad faciendam sementem in ann.* 1715. *promissa largiori frumenti distributione, ejusdemque extrahendi facultate remisso vectigali* 5. *denariorum, pecuniæque subsidio ad emendos boves.* 129.
Num.XVIII. *Edictum Cardinalis Camerarii. Eadem, quæ in superiori Edicto, consilia à Summo Pontifice, & conventu inita ad rem agrariam promovendam significantur.* 137.

PARS TERTIA.

Proœmium. pag.143.
Cap.I. *Bovillam Pestem apud Priscos interdum incessisse Historicorum monumentis comprobatur.* 144.
Carmen Severi Sancti, idest, Endeleichi Rhetoris de Mortibus boum. 148.
Cap.II. *Veram Pestem fuisse morbum, qui nostrâ ætate Latiales boves depopulatus est. Signa, ac symptomata cum iis, quæ in illorum cadaveribus inventa sunt, breviter exponuntur.* 153.
Cap.III. *Cur pestiferum miasma solos boves, non cæteras animantes afflaverit.* 157.
Cap.IV. *Eventa nonnulla observatu digna, in diversis*

boum ſpeciebus, ac temperamentis, quorum rationes afferuntur. 160.

Cap.V. *Rumor per Urbem manat aliam nullam eſſe bovillæ ſtragis cauſam, quàm inſectum nomine Bupreſtin. Res diligenter expenditur, & refellitur.* 162.

Cap.VI. *Altera morbi idea proponitur, & refellitur, videlicet Vermem quendam in naribus prope cranium enaſcentem, ejus cauſam habendum eſſe.* 171.

Cap.VII. *Bovilla peſtis num oriatur à peculiari ſpecie inſectorum contagionem promoventium.* 172.

Cap.VIII. *Auctoris opinio de causâ bovillæ peſtis, deque modo, ac viis, per quas intrà eorundem animalium corpora per contagium, vel fomitem ſeſe inſinuat.* 175.

AUCTORIS EPISTOLARIS DISSERTATIO *ad doctiſſimum Virum Antonium Mariam Borromæum è Theatinorum Familia, nunc verò Epiſcopum Juſtinopolitanum meritiſſimum, de Bovilla Peſte Veneta Armenta depopulante, ab Hetruſco in Latinum ſermonem converſa.* 179.

Cap.IX. *Nullum compertum eſt bovillæ peſtis certum, ac ſpecificum remedium: pauca inter ea, quæ adhibita fuere, viſa ſunt innoxia; pleraque periculoſa; quod poſteros noviſſe convenit.* 205.

Cap.X. *Certum, atque unicum antevertendæ peſtis remedium fuit tam affectorum boum, quàm aliorum corporum indè inquinatorum cum ſanis commercium dirimere. Diæta pariter utilis fuit.* 213.

Cap.XI. *Appendix, & Summa Conſiliorum, quibus bovilla contagio poſt hac quàm citiſſimè depelli poſſit.* 216.

DE EQUORUM EPIDEMIA, *quæ Romæ graſſata eſt toto Vere anni* 1712. 221.

Duæ ſectiones equorum, una quidem jam interempti; altera verò nondum mortui, ſed ſpirantis in graſſante epidemia. 234.

Morbi finis. 238.

DISSER-

DISSERTATIONIS HISTORICÆ DE BOVILLA PESTE

PARS I.

Initium Bovillæ Luis apud Italos Anno MDCCXI.

CAP. I.

INTER æstivos ardores Anni MDCCXI. in Patavinum [a] Agrum malis avibus pedem intulit fatalis ille, navi ex Hungariâ advectus bos, à quo pestiferâ lue affecto, veluti primâ neglectâ scintillâ, per totam latè Italiam contagionis incendium exarsit. Initio enim Patavina, ac sensim reliqua Venetæ dominationis armenta; mox Ager Mediolanensis; tum finitimæ usque ad Ferrariensem ditiones; denique duo-

Luis initium ab Hungarico bove in Italiam advecto.

[a] *Vide Ramazzinum in Dissert. de Cont. Epidemia. P. Borromæum è Theatinor. Familia in Relat. hist. Epid. Bovinæ. P. A. Michelottum in suis conjecturis. Aliosque multos.*

duobus ferè ab hinc annis Neapolitanum Regnum eodem igne conflagravit. Interim verò, cùm Ecclesiasticæ prope Urbem regiones alieni exitii miseratione collugerent, & propriam incolumitatem inter ardentes utrinque terras vehementer mirarentur; atque ipse ego, ut externorum saluti quoquo modo prospicerem,[a] Dissertatiunculam vernaculo nostro idiomate exaravssem; confestim irrumpente è Campania bovillo contagio miserè correpti fuimus.

[a] *Edita primùm Venetiis postea etiam Neapoli 1712. quam latinè redditam huic operi atteximus.*

Principium Bovillæ Pestis in Latio.

CAP. II.

Nundinæ Frusinonis interdictæ ad avertendum Contagium.

MEdiâ æstate Anni MDCCXIII. Romam pervaserat rumor, fore ut ad Nundinas Frusinonis (quod oppidum est Campaniæ Neapolitano Regno proximum) non exiguus infectorum boum numerus ex ejusdem Regni mediterraneis regionibus ad nos compelleretur: eapropter Decreto[b] S. Congregationis Consultationibus Civitatum, & Terrarum Dominii Ecclesiastici præpositæ, quam vulgò *Sacram Consultam* appellant, & nos in posterum vocabimus, sapienter cautum fuit, nè ullo pacto Nundinæ illæ celebrarentur, neve ulla armenta in eum locum admitterentur. At mercatores de conceptâ spe depulsi, per viarum diverticula clam ad Urbem boves adduxerunt, qui non sinè aliquâ (ut plerique opinati sunt) Ministrorum, & Custodum negligentiâ in Foro Boario cum nostris, alioquin sanis, admisti pestem illico afflarunt. Etenim, cùm mercatores exteri suos boves procul dubio perituros, quàm minimo vendendos mandassent; urbani verò laniones in suspicionem fraudis nondum adducti

[b] *De quo per literas è vestigio admonitus fuit Gubernator Campaniæ.*

Mercatorum avaritiâ nihil profectum.

cti jacere in campo eorum pretium deprehendiſſent, illos Romæ bonâ fide nundinati ſunt, atque è veſtigio occulta hæc contagionum ſemina huc illuc ad ſua quique armenta per Agrum Romanum diviſerunt. Innotuit autem tantummodo ſubſequentibus Nundinis, videlicet die X. Auguſti, boves Romam octo ante dies ex Campaniæ finibus adductos, pernicioſâ lue eſſe pollutos; quod magnopere adauctus illinc eorum numerus ſummam vilitatem induxerat: atque id primus ipſe inter Pontificis Aulicos reſcivi à Sebaſtiano Tamanti Chirurgiæ Profeſſore, & Cubiculario Ampliſſimi Abbatis Alexandri Albani, Sanctiſſimi Pontificis ex Fratre Nepotis; ſtatimque, quod acceperam, Beatiſſimo Patri ſignificavi, ratus in peſtiferis, & contagioſis morbis omnia, tametſi validiſſima, fruſtrà adhiberi remedia, niſi illico, ac ſub initia admoveantur.

Ex Campania in Agrum Romanum peſtis irrepſit.

Quid Conſilii à Principe, Sacrâ Conſultâ, nec non à Miniſtris ſuſceptum, ſtatim ut innotuit, Bovillam Peſtem intrà Urbem inductam fuiſſe.

CAP. III.

UBi verò Sanctiſſimus Pater triſtiſſimum nuncium accepit, pro incomparabili ſuâ in populos vigilantiâ, continuò imperavit; ut Eminentiſſimos Cardinales Paulutium à Secretis Status Eccleſiaſtici, & Albanum Sanctiſſimi Principis alterum ex Fratre Nepotem adirem, collatiſque conſiliis cum Illuſtriſſimo Præſule Bancherio Sacræ Conſultæ pariter à Secretis, nec non D. Illuſtriſs. Jacobatio Viro In criminalibus præſertim peritiſſimo, & Fiſci Patrono, videremus quid facto opus eſſet, ſi malum in-

Quid decreverit Summus Pontifex propulſandæ luis cauſa.

vectum fuiſſet: ſaltem nè latiùs vagaretur, ſimulque facinoris auctores graviter punirentur. Cùm autem morem geſſiſſem, unanimi conſenſu conſtitutum fuit, nihil bono jure peragi poſſe, niſi nobiſcum conveniret Illuſtriſſimus Præſul Ghezzius alimentorum copiæ, noſtratibus *della Graſcia*, in Urbe Præſes; cui ſanè munus delatum eſt ſingulis nundinis in mactandorum animalium qualitatem, & pretium diligenter inquirere. Quarè, nè momento quidem temporis intermiſſo, Illuſtriſſimus Bancherius hac de re illum per epiſtolam commonefecit, qui ſe id infortunium jam reſciviſſe, reſpondit, eique pro virili parte obviàm iviſſe. Segregaverat enim eodem die, eodemque in foro nonaginta, & amplius boves cum aliquot vitulis, qui ex Supino, Toffia, aliiſque oppidis, peſtiferâ lue tunc notatis, contra interdictum commercium huc traducti fuerant: eoſque unum in locum muro circundatum ad radicem Palatini Collis diligentiſſimè cuſtodiri mandaverat. Alios verò ex noſtris armentis productos numero quinquaginta circiter ſupra centum, in quos exigua apud ignaros, ſed tamen probabilis ſuſceptæ per externorum afflatum contagionis ſuſpicio cadere poterat, intrà aliud ſeptum juxta templum Pacis includi juſſit, cautumque ſimiliter fuerat, nè quiſquam cuſtodum ab uno ad alterum ſepimentum commearet. Mercatores interim, qui vetitum commercium dolo malo violaverant, in carcerem conjecti fuerunt, debitis pœnis opportunè puniendi.

Primùm ægri boves ab integris ſegregati, & ſepto circunvallati.

Mercatores doloſi in vincula conjecti.

Sed nimiùm tarda ut plurimùm ſunt in ejuſmodi caſibus humana conſilia. Nam, præterquam quòd ante hebdomadem (ut ſuperiori capite monuimus) lues clam, & ferè quaquaverſus per Agrum Romanum jam irrepſerat, inſequenti breviſſimâ

Latiùs opinione diſſeminatum eſt malum.

nocte ſex boves uno cum vitulo ex iis, qui ab interdictis locis venerant, mortui ſunt; indeque ex iis, qui ſupererant, nunc quini, nunc plures in ſingulos dies interierunt. Neque alium ſanè nacti ſunt exitum cæteri; qui licèt nullâ labe contacti ab aliquibus crederentur, ad ſua tamen paſcua redire prohibiti fuerunt, atque idcirco altero ſtatim in ſepto concluſi. Etenim ipſos quoque ſpatio quindecim circiter dierum, exceptis ſolis quindecim à peſte ſuperſtitibus, omnes mortuos vidimus: quanquam Decreto Sacræ Conſultæ, quæ habita eſt poſtero die, nempe Veneris XI. Auguſti, ſtatutum fuiſſet in ampliorem, atque herbidum locum illos deducendos eſſe. E' veſtigio enim electum fuit pratum oblongum extra Portam Capenam, & juxta Baſilicam S. Sebaſtiani, quod antiquo pariete vallatum noſtratibus *caſtrenſis ludicri circus* creditur, diciturque *la Gioſtra*. Adeò verum fuit peſtilens hoc miaſma per nudum non modò contactum, ſed etiam ſimplicem afflatum in Foro boario ab uno infecto in ſanos boves commigraſſe, eoſque veluti peſſimum fermentum contemerare, & corrumpere potuiſſe.

Dubitatum an boves omnes ſive morbo affecti, ſive ad eam ſuſpicionem pertinentes occidendi forent.

At enimvero ſilentio hìc præteriri minimè debet, ſedulò agitatum fuiſſe apud Eminentiſſimos Patres, an foret è Republica boves omnes tam notâ contagione affectos, quàm ſolâ ſuſpicione laborantes, cùm primùm in Rom. Forum compulſi forent, occidere. Ejuſmodi porrò conſilium ipſemet ad ferendam meam utcunque ſententiam in Ampliſſimum Purpuratorum cœtum adire juſſus, ſub initium demiſsè propoſueram: putabam enim, ſi iidem lentè mori ſinerentur, multa illinc mala impendere, tum Apoſtolico ærario ob impenſas diù erogandas in cuſtodes, Veterinarios, pharmaca, aliaque ad pecorum alimentum

Laudatum ab auctore conſiliū.

tum neceſſaria ; tum vel maximè proximis ſanis adhuc per Romanum Agrum diviſis armentis, quæ ob vicinum contagium contaminari,ac perire poterant. Neque ſanè defuit inter graviſſimos Patres,qui exequendum id validiſſimis rationibus urſit, atque inculcavit. *Magnum primâ fronte*, ajebat, *crudelitatis exemplum videbitur ; publicâ tamen utilitate rependendum . Nam conſiliis ſubitis , certiſque , ubi peſtis imparatos adoritur , non ſegnibus , ac dubiis, quæ pœnitentiam plerunque comitem habent , utendum eſt .*

Reſpondetur objectionibus.

Verùm potior Patrum pars in mitiorem ſententiam diſceſſit, putavitque ſervandos, & cuſtodiendos eſſe boves, tentandamque, ſi quæ ad illorum morbum depellendum, valida inveniretur medela : præſertim cùm minimè deeſſent qui per id temporis, ſe eos omnes ſanaturos ultrò pollicerentur. Sed quemadmodum in humanâ peſte contingit, non ſingulos, quos lues invadit, interire, naturæ potiùs, quàm remediorum beneficio ; ita in hac boum peſtilentiâ aliquos per ingenitum potius ipſorum robur, quàm per ullam medicamentorum vim ſalvos, & incolumes, ut ſuo loco [a] dicetur, ſpectavimus. Luctuoſiſſimum utique fuit paulo poſt cernere armenta, quæ in bovilibus per viam Appiam diſtributis verſabantur,(quippe quæ propiora erant Loemocomio affectorum boum juxta Ædem S. Sebaſtiani excitato) pleraque omnia, ut verebamur, contagionis incendium ſuſcepiſſe.

Mitiùs tamen conſultum eſt.

Non omnes interibant.

Naturæ potiùs vi, quàm pharmacorum ope aliqui ſalvabantur.

[a] *Vide Part. II. num. V. & Part. III. cap. VIII. formulas remediorum, quæ plerunque inutilia fuerunt.*

Sed dum hæc agebantur, ſcilicet ut primùm confirmata eſt fama adductæ in Latium, Urbemque peſtilentiæ , Sanctiſſimus Pater mentis ſuæ aciem quaquaverſum intendens, tum de placandâ irâ Dei per propria , atque aliorum Sacrificia , preceſque ſinè ullâ intermiſſione cogitavit, ut ſuo loco fuſiùs oſtendemus;

demus ; tum de conſtituendâ peculiari Congregatione, in qua ea omnia diligenter expenderentur, quæ à Sacrâ Conſultâ, innumeris, iiſque graviſſimis ſemper diſtricta negotiis, non rarò integre perfectèque examinari nequiviſſent. De conſilio itaque Eminentiſſimorum Patrum bis ſingulis hebdomadibus, die nimirum Dominicâ, ac Jovis indicta fuit Congregatio habenda in Ædibus Illuſtriſſimi Præſulis Bancherii. Delecti verò fuerunt ex omni ferè Prælatorum, Patritiorumque ordine, ut variis agitandis, procurandiſque rebus, per eorundem Ampliſſimorum Cardinalium Decreta conſtitutis, apti, pareſque forent. Etenim cùm ex bovillâ ſtrage hominibus magna immineant pericula, tum ex malâ valetudine, tum ex annonæ caritate ; quæ quidem pericula hiſce in caſibus non ſolùm prænoſcere, ſed pro virili parte antevertere oportet : idcirco in peculiarem hunc cœtum jure optimo cooptati fuerunt Illuſtriſſimi Præſules Antonius Bancherius, qui ampliſſimi illius Tribunalis mandata nobis promeret, & ſuffragia, ſua quidem proferre, noſtra verò colligere poſſet ; Nicolaus Judice, qui cùm ex ſenioribus Cameræ Apoſtolicæ Clericis ſummo ingenio, judicioque præditus Annonæ Præfecturam gereret, ea, quæ impenderent diſcrimina ex Aratoriorum boum interitu, cùm verti, ſerique arva non poſſent, maturè provideret ; Leonardus Ghezzius Cameræ, pariter Clericus, & diligentiſſimus Abundantiæ Præſes (vulgò *della Graſcia*,) ut carnium in Macellis venalium ſalubritati ſimul, & copiæ conſuleret ; Julius Imperialis ejuſdem Cameræ Clericus, & cum omnium laude viarum Præfectus Ædilis, ut ad avertendam aëris labem, ſepeliendos quàm citiſſimè boves contagione interemptos curaret. His verò

Summus Pontifex peculiarem conventum in eâ rem inſtituit.

Quinam in hunc conventum delecti fuerunt.

verò adjuncti fuere tres Patritii ordinis Viri, Prior Varesius Canonicus Vaticanæ Basilicæ, Tiberius Cincius, & Angelus Gabriellius, omnes quidem rei agrariæ simul, & pecuariæ peritissimi. Cùmque pestis negotium agitaretur, in quo & mala, & consilia, & remedia plurimùm ab Arte Medicâ exquirenda sunt, tenuem quoque operam meam eò adhibendam Sanctissimus Pater, & Eminentissimi Cardinales censuerunt.

Per Sacram Consultam interdicitur armentorum, pastorumque commercium; infectarum carnium, & pellium usus; necnon pecorum nundinatio.

CAP. IV.

INterea cùm longè, latèque vagaretur incendium, ita ut in provinciis Campaniæ, & Maritimæ, quas vocant, proxima quæque armenta miserandum in modum conflagrarent, convertit in se omnium oculos, animosque; ac præ cæteris Sanctissimus Princeps potissimam curarum suarum, & providentiæ partem ad extinguendam ejusmodi flammam derivavit. Ipsius itaque auctoritate à Sacrâ Consultâ provisum est, promulgatumque Edictum [a] Cardinalis Paulutii nomine die 16. Augusti 1713. nè quis ex Maritimâ provinciâ, atque Campaniâ boves, aut vitulos Romam adduceret; quique aliter feciſſet, non solùm pecorum damno mulctaretur; verùm etiam pro criminis gravitate, aut in perpetuum triremibus addiceretur, si Ecclesiastici esset ordinis; aut, si Laicus foret, capite plecteretur. Iisdemque pœnis interdictum, nè quis pecora è consuetis intrà earum Provinciarum fines stabulis, ac pascuis aliò tra-

[a] *Interdicitur nè ex lue notatis Provinciis boves Romam adducantur. Vide Edictum Par. II. nu. I. Vide etiam Part. eadem n. VI.*

traduceret, nève ipsi armentorum Custodes aliò commigrarent; cùm meritò timeri posset, nè per illos latiùs malum disseminaretur.

Præterea die 23. ejusdem mensis [a] acerrimè vetitum, nè quis mortuorum boum pelles, cornua, carnes, adipem detraheret, venderet, usurparet; jussumque est integra cadavera in altissimas scrobes conjecta calce obrui, injectâque humo tumulari: qua de re inferiùs [b] nobis luculentius est disserendum.

Eâdem de causâ die 30. dicti jam Mensis cùm Monasteriorum [c] Cryptæ Ferratæ, & alterius vulgò *Casamare* nundinæ imminerent, eodem planè modo interdictum, nè qui boves, aut vituli quavis de causâ ad Mercatum, aut in proxima loca compellerentur.

Idemque prorsus 2. Septembris [d] imperatum est, appetentibus nundinis Farfensibus, Sanctæque Mariæ ad Quercum in pago Campitelli, & S. Eustachii in Oppido nostratibus *Poli*. Necessariò enim futurum providerant, ut, traductis huc illuc bobus ex infectis regionibus, cæteri quoque ad eam diem intacti mortiferum virus exciperent. Hæc itaque prudentissimè sub luis initium, præeunte Summi Pontificis Oraculo, à Sapientissimis Patribus constituta sunt. Cætera nunc ordine, ac subtiliter pro viribus exequemur.

[a] *Nè quis Romæ pelles, carnes &c. à mortuis detraherent, sed integros tumulare deberet.*
Vide Part. II. num. II.

[b] *Nimirum. Cap. VIII. hujus Partis.*

[c] *Nè nundinæ in finitimis locis celebrarentur.*
Vide Part. II. num. III.

[d] *Vide Part. II. num. IV.*

Quid ad Opem Divinam implorandam, sæviente boum epidemiâ, Sanctissimus Pontifex edixerit.

CAP. V.

Ecclesiasticæ Ditionis prærogativa.

INter præclara, atque eximia Divinæ benignitatis in Ecclesiasticas Civitates argumenta, maximum sanè illud est, quòd earum populis illum Deus cum imperio præfecerit, quem Summum etiam Sacrorum Antistitem esse voluerit; quique Civium vitæ, incolumitati, ac fortunis amantissimè consulendo, Principis personam, partesque sustineat; & fausta omnia illis à Deo suis precibus impetrando, Pontificis Maximi munus efficiat. Si quando enim humana consilia, in eam rem instructa, ad nihilum planè reciderint, eo tunc Patrono, ac deprecatore patebit aditus ad commune illud Divinæ Misericordiæ perfugium; unde multò certissima auxilii spes subministratur. Idque nostrâ hac ætate mirum in modum celerrimâ bovillæ cladis depulsione comprobatum est: cujus certè beneficii memoriam posteri studio colent, ac laudibus sempiternis. Enimvero, cùm nullus luctuosissimæ calamitati modus inveniretur, Sanctissimus Pontifex CLEMENS XI. & præsentium malorum gravitate, & imminentium acerbitate permotus, continuò ad divinam opem, ac subsidium implorandum omnium animos, & vota excitavit, probè sciens pestilentias [a] nostrorum potissimùm criminum esse pœnas.

Summi Pontificis cura, & vigilantia.

[a] *Levit. cap. 29. v. 24.*

Quidnam edixerit, ac ipse perfecerit publicæ, salutis studio.

Primò igitur universis hujusce Urbis Sacerdotibus per Edictum à Cardinali Carpineo Generali Vicario

Vicario promulgatum [a] imperavit, ut quotidie, dum Sacris operarentur, conceptis verbis precationem ad avertendam animalium peſtem, & pro quacumque neceſſitate alteram recitarent.

[a] *Vide inferiùs Lit. A.*

Haud ita multò poſt indixit ſolemnem ſupplicationem ad pridie Nonas Octobris, cui omnes Eccleſiaſticos ordines intereſſe juſſit. Quarto autem Nonas ejuſdem menſis ampliſſimum Summi Pontificis Edictum [b] ab eodem Eminentiſſimo Cardinali propoſitum eſt, quo verè optimus ille Chriſtianorum Pater Eccleſiæ Theſauros omnibus largiebatur, utì faciliùs Dei pacem, ac veniam expoſcerent, procurarentque; eâ tamen lege, utì quos peccatorum ex animo pœniteret, quique præſtitutâ die habendæ ſupplicationi interfuiſſent; ac poſtridie, & confeſſione criminum, & Euchariſtiæ Sacramento, atque jejunio omnem animi labem eluiſſent: ij tantùm præclariſſimi hujus beneficii participes forent, quo pleniſſimam erratorum veniam conſequerentur.

Publica ſupplicatio.

[b] *Vide Lit. C.*

Cæterùm præſcripta quoque, & conſtituta eſt Litaniarum formula, atque adeò typis evulgata.

Itaque pridie Nonas Octobris Sanctiſſimus Pontifex, qui cæteris verbo præit, & exemplo, quamvis affectâ valetudine, ab Æde Deiparæ Virginis ad Diocletiani Thermas, quam Angelorum dicunt, tum Sacro Purpuratorum Patrum Collegio, tum cunctis Eccleſiaſticorum Ordinibus de more præeuntibus, ad Liberianam Baſilicam pedibus ire perrexit: quippe qui ad egregii illius Paſtoris ſimilitudinem imitationemque compoſitus, haud ullum ſuarum ovium cauſâ ſubeundum diſcrimen reformidantis, privata incommoda, præſenſque periculum, in quod ſeſe fractis debilitatiſque morbo viribus commiſſurus erat, infra publicam ſalutem utilitatemque

Pontifex ſupplicationi pedibus incedens adfuit: tametſi affectâ eſſet valetudine.

ducebat. Verùm enimvero cùm seſe forti, magnoque animo frigido Cœlo (quòd coortus pridem boreas acerrimè circumflæret)objeciſſet,ac per humentia Perettani Viridarii ambulacra iter eſſet ingreſſus; pectoris anxietatem quæ ſummo manè Sanctiſſimum Patrem fuerat adorta, ſenſit ingraveſcentem. Neque id tamen aut invictam illius firmitatem labefactare,aut ardentiſſimum publicæ ſalutis, quo mirificè tenetur, ſtudium inhibere potuit, quò minùs, & veri Pontificis munere fungeretur, & inſtitutam ſupplicationem perageret, utì Divinam in nos Miſericordiam acceptiſſimis precibus concitaret; atque iis certè malorum remiſſionem acceptam referre debemus.

Sub idem tempus alia quoque precationis formula,haud ita multò poſt Solis occaſum peragendæ, cùm ſcilicet ære campano ſignum dari ſolet, in publicum emiſſa eſt.

Decretum Indulgentiarũ per univerſam Italiam evulgatum.

At verò Sanctiſſimus Pontifex haud ignarus quàm conſpirantes in commune Chriſtianorum omnium preces fructuoſæ ſint, iiſque adeò tanti momenti negotium committendum ratus, pridie Idus Octobris Apoſtolicas [a] literas, ſive Decretum per Italiam omnem, adjacenteſque inſulas promulgavit, quo ejuſmodi rem univerſis Chriſti Cultoribus commendaret. Atque, ut facilior iiſdem daretur aditus ad Divinam Clementiam exorandam, Indulgentiarum theſauros liberaliſſimè dilargitus eſt.

[a] *Vide Lit. C.*

Similiter omnes Chriſtifideles per alterius Edicti [b] exemplar excitati ſunt, ut Sacri Adventus tempore ad æris ſonitum preces ad eundem extinguendæ peſtis finem recitarent.

[b] *Vide Lit. D.*

Hæc autem documenta,tum quòd Sacra ſunt,& ad divinam opem implorandam pertinent, tum quòd

tam

tam graviter ac disertè, tam piè religiosèq; conscripta fuerunt, ut & Summo Pontifice dignissimas, & ad lectores erudiendos, eorumque animos ad Dei cultum, ac pietatis studium vehementer inflammandos aptissima censeamus; ideo à reliquis politico-œconomicis Edictis sejungenda, atque hìc simul exscribenda, & afferenda putavimus.

Exscribentur in calce capituli Edicta, quæ ad res Sacras pertinent, appositis Literis.

Cætera verò eximiæ pietatis argumenta hoc in loco exhibere supersedemus: partim quòd in communi, frequentique usu posita sunt, & cunctis notissima, quemadmodum Litaniæ, & nonnullæ aliæ preces; partim nè volumen ultra justam magnitudinem crescat.

EDI-

EDICTA

Ad res Sacras pertinentia.

E *Dictum, quo Sacerdotes jussi sunt recitare preces pro peste animalium. Lit.* A. *pag.* 15.

Edictum Indulgentiarum tempore bovillæ pestis editum. Lit. B. *pag.* 17.

Concessio Indulgentiarum Christifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium. Lit. C. *pag.* 25.

Edictum ad excitandos Christifideles, ut proximi Adventus tempore ad Sacras Ædes confluant, in quibus stationes fiunt, amplioresque indulgentiæ promittuntur iis, qui consuetas preces ad sonitum campani æris recitaverint. Lit. D, *pag.* 29.

EDI-

Lit. A.

EDICTUM

Quo Sacerdotes jussi sunt recitare preces pro peste animalium.

GASPARO per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina della Santa Romana Chiesa Cardinal di Carpegna della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

LA Santità di Nostro Signore considerando quanto sia necessario d'implorare il Divino ajuto nella corrente morbosa influenza degl' Animali Bovini, che fattacisi prima vedere da lontano, e poi avvicinataci si, si va ora sempre più avanzando non meno nell' Agro Romano, e in Roma stessa, che in altri Luoghi dello Stato Ecclesiastico; Ordina, e comanda, che in tutte le Messe, che si celebraranno nelle Patriarcali, Basiliche, Collegiate, Parochiali, e altre Chiese tanto Secolari, quanto Regolari di quest' Alma Città si reciti da' Sacerdoti sino a nuovo ordine la Colletta, pro peste Animalium, *come sta nel Messale Romano, oltre l'altra solita Colletta*, pro quacumque Necessitate, *quale in tanti, e sì urgenti bisogni della Christianità, e della Chiesa non può, ne deve tralasciarsi. Esforta in oltre la Santità Sua tutti gl'altri Fedeli, e specialmente li Regolari dell'uno, e dell'altro sesso ad accrescere per tal cagione con ogni maggior fervore le loro divote orazioni a Sua Divina Maestà, affinche si degni per sua infi-*

infinita misericordia di liberarci da questo nuovo, e ben grave flagello . Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 4. Settembre 1713.

G. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

IN ROMA, Nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica 1713.

EDI-

Lit. B.

EDICTUM

Indulgentiarum tempore bovillæ peſtis editum.

EDITTO, ET INDULGENZE.

GASPARO per la miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina della Santa Romana Chieſa Cardinal di Carpegna della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale, &c.

INſin da quando giunſero alla Santità di Noſtro Signore le prime infauſte notizie, che in alcuni Luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, e poi anco in Roma ſteſſa ſi foſſe cominciato a provare il flagello di quella morboſa influenza d' Animali ſpecialmente Bovini, che da qualche tempo in quà, con copioſa ſtrage de' medeſimi Animali, ha miſeramente afflitte, e tuttavia affligge molte altre Provincie, tanto dentro, quanto anco fuori d'Italia; non mancò la Santità Sua di prontamente accorrere a un sì urgente biſogno con tutte quelle più provide precauzioni, che dalla ſua indefeſſa vigilanza alla publica ſalute furono giudicate neceſſarie; e ſuſſeguentemente non laſciò anco di accreſcerle, maſſime in ſollievo de' poveri, ſecondo gl'impulſi, che ne ricevette dalla ſua paterna Carità verſo li amatiſſimi ſuoi Sudditi, come a tutti è aſſai noto, e come chiaramente appariſce dalle proviſioni ſopra di ciò di ſuo ordine promulgate.

Nell' iſteſſo tempo però, conoſcendo molto bene la Santità Sua, che vana, & inutile ſarebbe riuſcita qualunque umana diligenza, ove prima di ogn'altra coſa non ſi foſſe fatto ricorſo al Divino ajuto, mentre ben ſi ſa non eſſere l'accennato flagello, che uno di quei mezzi,

de' quali ſuole valerſi il Signore Iddio per correggere, inſieme, e chiamare a penitenza li peccatori più contumaci, come appunto leggiamo nell'Eſſodo al cap.9. avere S. D. M. pratticato con Faraone, Ecce erit manus mea ſuper Agnos tuos, & ſuper EQUOS, & Aſinos, & Camelos, & BOVES, & Oves, peſtis valde gravis, *non traſcurò per tal ragione la Santità Sua di ſtrettamente ingiungere, e commandare ſin d'allora, che in tutte le Meſſe, quali ſi foſſero celebrate nelle Patriarcali, Baſiliche, Collegiate, Parochiali, & altre Chieſe tanto Secolari, quanto Regolari di queſt' Alma Città, ſi recitaſſe da' Sacerdoti ſino a nuovo ordine la Colletta*, pro peſte animalium, *come ſta nel Meſſale Romano; e in oltre da tutti gl' altri Fedeli, e ſpecialmente dalli Regolari dell' uno, e dell'altro ſeſſo, ſi foſſero fatte ferventi orazioni a Sua Divina Maeſtà, affinche ſi degnaſſe per ſua infinita Clemenza di liberarci da queſta nuova calamità, ancorche giuſtamente meritata da' noſtri peccati.*

Ma perche appunto detti noſtri peccati ſono quelli, che armando la Divina Giuſtizia contro di noi, ci ritardano gli effetti di quella miſericordia, che imploriamo: e perciò continuamo tuttavia a ſoffrire ſenza intermiſſione i colpi di quel flagello, che ci percuote, e che quantunque graviſſimo per ſe ſteſſo, può nondimeno molto temerſi, che ſia per avere più funeſti progreſſi, non ſolo per li pregiudizii, che poſſono riſultare alla coltura de' Campi dalla mancanza degl' Animali a tal' opera neceſſarii, ma molto più per quelle più orribili ſciagure, che, ſecondo l'eſperienza più volte avutane ne'paſſati Secoli, poſſono eſſer ſequela del caſtigo, che preſentemente proviamo. Quindi è, che la Santità Sua, acciò li fedeli con opere di pietà, e di vera penitenza poſſano renderſi degni di conſeguire da Sua Divina Maeſtà il perdono

delle

delle loro colpe, e con tal mezzo abilitarsi a impetrare con le loro preghiere la cessazione di quelle calamità, che soffriamo, e la preservazione da quelle maggiori, che temiamo: nè lasciando insieme di considerare quanto siano più accette al Signore, e in conseguenza più valevoli a ottenere quel, che bramiamo, le communi Orazioni de' medesimi Fedeli, come in occasione di somiglianti pubbliche necessità ha sempre costumato la Chiesa di pratticare; Ha determinato di portarsi a tal' effetto con solenne Processione, e con l'accompagnamento de' Signori Cardinali, Vescovi, Prelati, e di tutto il Clero Secolare, e Regolare di Roma, la mattina del Venerdì prossimo sei del corrente mese d'Ottobre dalla Chiesa di Santa Maria degl' Angeli, dove appunto in quel giorno si celebrarà la Festa del Glorioso S. Brunone Fondatore dell' Ordine Certosino, alla Basilica di Santa Maria Maggiore; E perciò concede Indulgenza plenaria, e remissione di tutti li peccati a tutti li Fedeli dell' uno, e dell'altro sesso, che divotamente accompagneranno la detta Processione, con porgere in tal' occasione a Dio le loro preghiere, come sopra, e in oltre nel giorno immediatamente seguente di Sabbato digiuneranno, e veramente pentiti, e confessati li loro peccati, prenderanno riverentemente in qualsivoglia Chiesa a loro arbitrio in uno de' sudetti giorni di Venerdì, e di Sabbato, overo anco nella Domenica immediatamente seguente il Santissimo Sagramento dell' Eucaristia, con dare a' poveri qualche elemosina, secondo che a ciascheduno suggerirà la propria divozione.

L' istessa Indulgenza acquistaranno quelli, che in alcuno delli sudetti giorni di Venerdì 6., Sabbato 7., e Domenica 8. del corrente mese visitaranno la predetta Basilica di Santa Maria Maggiore, ove in detti tre giorni starà esposto l'Augustissimo Sagramento, e insieme

l'altra di Santa Croce in Gierusalemme, o almeno una di esse, & ivi per qualche spazio di tempo pregaranno Sua Divina Maestà, come sopra, e similmente digiuneranno il Sabbato, confessandosi, e communicandosi in qualsivoglia Chiesa in uno de'medesimi tre giorni, e dando qualche elemosina a'poveri, come parimente si è detto.

Si compiace in oltre la Santità Sua di stendere la medesima Indulgenza a tutti quelli, che dentro la ventura Settimana adempiranno l'opere sopradette, includendovi a tal' effetto anco il giorno della Domenica immediatamente seguente, che sarà alli 15. del corrente.

Affinche poi maggiormente si accenda, come sommamente bramiamo, la divozione de' Fedeli, e si accresca in essi la fiducia di essere essauditi con l'opportunità di quei mezzi, che alla loro pietà si propongono, non possiamo quì tralasciare di far sapere a' medesimi li particolari motivi, che si sono avuti dalla Santità Sua in prescieglière per la presente occasione le predette due Chiese di Santa Maria Maggiore, e di Santa Croce in Gierusalemme; quali sono stati, rispetto alla prima il riflettere, che essendo il Nostro Signore GIESU CHRISTO il supremo Mediatore tra Dio, e gli huomini, e avendo noi bisogno per ottenere quelle grazie, che cerchiamo, di essere assistiti presso un sì gran Mediatore di qualche altra efficace mediazione, non possiamo per verità trovarne altra più potente di quella della sua Santissima Madre: Opus est enim Mediatore ad Mediatorem istum, (*come scrisse San Bernardo*) nec alter nobis utilior, quàm MARIA; *Rispetto poi all' altra Chiesa di Santa Croce in Gierusalemme, il motivo che ha avuto la Santità Sua di specialmente destinarla per essere visitata nelle correnti necessità, è stato quel, che dall'Eruditissimo, e piissimo Cardinal Baronio si racconta ne' suoi Annali Ecclesiastici esser' occorso nell' Anno del Signore*

tre-

trecento ſettantaſei, nel quale eſſendo ſeguite tali, e tante calamità, che poterono far credere a Sant' Ambrogio eſſer già vicino il fine del Secolo, e fra quelle eſſendoſi ſingolarmente diſtinta la mortalità de' Bovi, come ne fa teſtimonianza l'iſteſſo Santo Dottore, furono nondimeno miracoloſamente liberati tutti quei Bovi, a' quali fu applicato in fronte il Segno della Sacratiſſima Croce: alla viſta del qual miracolo ſi convertirono anco alla vera Fede di Gieſù Chriſto moltiſſimi Gentili, come riferiſce il medeſimo Cardinal Baronio, con riportare a queſto propoſito li ſeguenti verſi di un antico Poeta Chriſtiano, del quale fa menzione anco S. Paolino Veſcovo di Nola nell' Epiſt. 9.

Signum, quod perhibent eſſe Crucis Dei,
Magnis qui colitur ſolus in Urbibus,
Chriſtus, perpetui gloria Numinis,
Cujus Filius unicus.
Hoc ſignum mediis frontibus additum
Cunctarum Pecudum certa ſalus fuit.
Sic verò Deus hoc nomine præpotens
Salvator vocitatus eſt.
Fugit continuò ſæva lues greges.
Morbis nil licuit. Si tamen hunc Deum
Exorare velis: credere ſufficit.
Votum ſola fides juvat.

Ricorra pertanto ciaſcuno con ſincera fede, e con vera compunzione di cuore al Supremo Padre delle miſericordie, e ſperi per l'interceſſione della Beatiſſima Vergine, e in virtù del Sacroſanto Segno della Croce del noſtro Salvatore di ottenere quanto chiediamo.

Di più perche da' Fedeli ſi abbiano a recitare con maggior divozione per il ſopradetto fine dal giorno della ſudetta Feſta di San Brunone ſin tutto il corrente meſe di Ottobre, anzi ſino al primo giorno di Novembre, nel

quale

quale ſi celebrarà la Feſta di tutti li Santi, incluſivè, li cinque Pater noſter, *e cinque* Ave Maria, *che tuttavia ſi continuano a dire ogni ſera, quando a un'ora, e mezza di notte ſi ſuonano le Campane di tutte le Chieſe di Roma, la Santità Sua accreſce per il tempo ſudetto l' Indulgenza altre volte conceduta di ſette anni, e altretante quarantene, a dieci anni, e altretant e quarantene per ogni giorno. E in oltre concede Indulgenza plenaria, e remiſſione di tutti li peccati per una ſola volta dentro il medeſimo tempo a quelli, che continuando in tutti li giorni dal detto dì ſei del corrente ſino al primo dì del futuro meſe incluſivè la divozione ſudetta, confeſſati, e communicati in uno de' medeſimi giorni, e in qualſivoglia Chieſa a loro arbitrio, viſitaranno le tre Baſiliche di S. Giovanni in Laterano, di S. Pietro in Vaticano, e di S. Maria Maggiore almeno una volta, e anche in giorni diverſi dentro il ſudetto tempo, ed ivi imploreranno il Divino ajuto, come ſopra, ſecondo la pia mente di Sua Beatitudine; quale di più permette, che durante detto tempo per il conſeguimento dell' accennate Indulgenze in vece delli ſoliti cinque* Pater noſter, *e altretante* Ave Maria *da chi così voleſſe, poſſino recitarſi la Colletta,* De Cruce; *e l'altra,* Pro peſte Animalium, *con le loro Antifone, come ſtanno impreſſe in piè del preſente Editto.*

Tutte, e ciaſcuna delle ſopranominate Indulgenze concede la Santità Sua, che poſſino applicarſi per modo di Suffragio alle Anime del Purgatorio.

Finalmente la Santità Sua vuole, che alle Monache Oblate, Zitelle, & altre Donne Secolari dimoranti con le debite licenze ne' Monaſterii, Conſervatorii, & altri ſimili Luoghi pii approvati di queſta Città, come anco alli Regolari chiuſi in perpetua clauſura, & a tutti gl' altri fedeli dell' uno, e dell' altro ſeſſo, che ritenuti nelle

Carceri,

Carceri, o impediti da infermità corporale, o da qualunque altro impedimento, doppo essersi confessati, e communicati non potranno visitare le Chiese, come sopra destinate, o adempire alcun' altra delle opere ingiunte per il conseguimento delle sudette Indulgenze, possa farsene loro la commutazione da' Confessori da Noi approvati in altre opere di pietà, che essi siano capaci di adempire.

Esortiamo però tutti ad intraprendere con vero spirito, e con tutte le necessarie disposizioni di queste Sante opere, fidandosi della parola di Dio, che non può fallire, Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. *Così sia. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 4. Ottobre 1713.*

G. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segretario.

ORAZIONI DA RECITARSI.

DE CRUCE.

Antiph. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

℣. Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis.

℟. Qui salvasti Petrum in mari, miserere nobis.

OREMUS.

PErpetuâ nos, quæsumus Domine, pace custodi; quos per Lignum Sanctæ Crucis redimere dignatus es.

PRO

PRO PESTE ANIMALIUM.

Antiph. Homines, & jumenta salvabis Domine : quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.

℣. Aperis tu manum tuam.

℟. Et imples omne animal benedictione.

OREMUS.

DEUS, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti, supplices te rogamus : ut sinè quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Dominum Nostrum Jesum Christum &c.

IN ROMA, Nella Stamperia dalla Reverenda Camera Apostolica, MDCCXIII.

Lit. C.

SS.MI D.N.D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XI.

Concessio Indulgentiarum Christifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium, Divinam opem pro præservatione, seu liberatione à grassante in præsens Epidemicâ Animalium lue implorantibus.

CLEMENS PAPA XI. AD FUTURAM REI MEMORIAM.

INter diuturnas, ac sanè gravissimas, quibus ab eo propemodum die, quo humilitatem nostram ad Supremi Apostolatus fastigium evocavit Altissimus, undequaque premimur, Christianæ Reipublicæ calamitates, eâ novissimè, qua Deus visitare Nos voluit ærumnâ, dirâ scilicet Animalium, ac præsertim Boum Epidemicâ lue, paternæ nostræ Charitatis studio vehementer commoti, ad Supremum misericordiarum Patrem, illum scilicet, qui laboribus hominum, etiam de mutis Animalibus solatia subrogavit, toto corde clamavimus, & adhuc elatâ magis voce clamare non cessamus, ut sinè quibus non alitur humana conditio, nostris faciat usibus non perire. Indictis idcirco nuperrimè publicis precibus, Christifideles in Almâ Urbe nostrâ, quam manus Domini tetigit, ac etiamnum graviter tangit, degentes ad iram Dei, quæ peccatis hominum assiduè lacessitur, per salutaris pœnitentiæ lamenta, ac jejunia, & eleemosynas, sinceraſque, & unanimes obsecrationes, atque orationes

placandam, Spiritualium gratiarum, quarum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio, elargitione excitare studuimus. Id ipsum verò nunc ut & reliqui etiam Christifideles Italiæ universæ, & Insularum illi adjacentium, quippe qui ejusmodi flagelli, aut metu anguntur, aut sensu afflictantur, scissis per veram pœnitentiam cordibus, ac auctis per jejuniorum labores, & eleemosynarum largitiones viribus orationis facere connitantur, eos omnes, & singulos paternè adhortandos, & monendos, eorumque pietatem erogatis itidem Cœlestium gratiarum thesauris incitandam, atque fovendam esse arbitramur. Itaque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, & Ordinariis Civitatum, & Diœcesum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum universæ Italiæ, & Insularum ei adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in Spiritualibus Generalibus per præsentes committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium Literarum transumpta, seu exempla, etiam impressa ad eos pervenerint, Processiones in suis respectivè Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis instituant, publicasque preces pro illorum à flagello prædicto præservatione, ac liberatione respectivè indicant; Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui Processionibus hujusmodi respectivè interfuerint, vel Ecclesias à qua, & ad quam aliqua Processio hujusmodi fiet, eodem, vel aliquo ex septem subsequentibus diebus devotè visitaverint, ibique Divinum Auxilium (ut præmittitur) imploraverint, ac insuper peracto unius diei jejunio Ecclesiastico, aliquam Eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, pauperibus erogaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem per unumquemque

Chri-

Christifidelem semel tantùm lucrifaciendam, misericorditer in Domino concedimus. Præterea iisdem Christifidelibus, qui recitationi Litaniarum Omnium Sanctorum, cum Collectis, & precibus consuetis in aliqua ex Ecclesiis Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum prædictorum per memoratos Locorum Ordinarios respectivè designandis, mense à die publicationis earumdem præsentium computando durante dumtaxat, itidem devotè interfuerint, ibique, ut supra dictum est, oraverint, quocumque die interim id egerint, decem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu per eos quomodolibet debitis pœnitentiis in formâ Ecclesiæ consuetâ relaxamus, necnon, ut omnes, & singulæ Indulgentiæ, seu peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes prædictæ Animabus fidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint, concedimus pariter, & indulgemus. Cæterùm Regularibus utriusque sexus in perpetuâ clausurâ viventibus, necnon aliis Christifidelibus quibuscumque in carcere existentibus, vel aliquâ corporis infirmitate, seu aliquo quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à Locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus differre, eaque injungere possit, quæ ipsi pœnitentes adimplere poterunt, similiter indulgemus. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam

Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Octobris MDCCXIII. Pontificatus Noſtri Anno decimotertio.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. JESU Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimotertio, Indictione ſextâ, die verò decimaquartâ Octobris, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ providentiâ Papæ XI. Anno ejus decimotertio, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, Cancellariæ Apoſtolicæ, in Monte Citatorio, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Andream Grecum Apoſt. Curſ.

Laurentius Chriſtallinus Pro-Mag. Curſ.

ROMÆ, Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, MDCCXIII.

EDI-

Lit. D.

EDICTUM

Ad excitandos Chriſtifideles ut proximi Adventus tempore ad Sacras Ædes confluant, in quibus Stationes fiunt, amplioreſque Indulgentiæ promittuntur iis, qui conſuetas preces ad ſonitum campani æris recitaverint.

EDITTO

Per eccitare li Fedeli à concorrere alle Stazioni in tempo del proſſimo Avvento, con accreſcimento d'Indulgenze per quelli, che durante detto tempo reciteranno ogni ſera le Preci preſcritte al ſolito ſuono delle Campane.

GASPARO per la miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina della S.R.C. Cardinal di Carpegna della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale &c.

BEn ſapendoſi quanto l'antico coſtume delle Sacre Stazioni foſſe valevole a deſtare veri ſenſi di pietà negli animi de' Fedeli di queſt' Alma Città di Roma, mentre in quelle concorrendo li Criſtiani a venerare i glorioſi Sepolcri de' Santi Apoſtoli, e le celebrate memorie di tanti fortiſſimi Martiri di Gieſù Criſto, con Inni, e con Cantici lodavano divotamente il Signore, e co' ſalutevoli Sacrificii dell' Oſtia Immaculata ſi conciliavano la Divina Miſericordia; E all'incontro pur troppo vedendoſi quanto preſentemente ſia diminuita, e raffreddata la frequenza delle ſudette Stazioni, e maſſime di quelle, che ſi celebrano in tempo dell' Avvento, che pure

pure è tempo accettabile, come ripieno di Sacri Misterii, e come santamente istituito dalla Chiesa per prepararci a degnamente solennizzare la memoria della Nascita del Nostro Salvatore ; Quindi è, che la Santità di Nostro Signore, per ravvivare, come altre volte ha procurato di fare, in tempi sì calamitosi, e ne' quali abbiamo tanto bisogno di ricorrere al Divino ajuto, l'osservanza d'un sì pio, e lodevole Istituto, a Noi tramandato da' primi Secoli della Chiesa, e sommamente commendato dall' esempio di tanti Santissimi Pontefici, esorta con tutta l'efficacia maggiore del suo Spirito tutti li Fedeli dell' uno, e dell' altro sesso a voler concorrere con divota, e modesta frequenza alle Sante Stazioni del prossimo Avvento del Signore nelle Chiese solite, che per maggior commodo de' medesimi Fedeli si specificaranno in piè del presente Editto, per ivi acquistare le antiche Indulgenze Stazionali, e a tale effetto porgervi fervorose preghiere a S. D. M. per implorare dalla sua infinita Clemenza non solo la cessazione delle calamità, che ci affliggono, e fra queste dell'epidemica influenza negli Animali, specialmente Bovini, che con tanto danno de' privati, e del publico tuttavia continua ; ma anche la preservazione da altri più gravi castighi, che per le nostre colpe potiamo giustamente temere. Affinche poi le loro Orazioni si rendino grate, & accette al Signore Iddio, e possano meritare d'essere da lui essaudite, ricorda a tutti, che le accompagnino con opere di vera, e sincera penitenza, quale sola può aver forza di torre di mano alla Divina Giustizia quei flagelli, co' quali ci percuote ; riducendo perciò alla memoria di ciascheduno l'avvertimento dato già da S. Gregorio, Ut ad aures Dei viam precibus faciamus, vigilantiùs studendum est, ut voces actibus adjuventur: nam inanis fit oratio, ubi prava est actio.

In

In oltre, acciò durante il ſudetto tempo dell' Avvento ſino alla Feſta proſſima dell' Epifania, incluſivè, ſi abbiano da' fedeli a recitare con maggior divozione per li fini ſudetti li cinque Pater Noſter, *e cinque* Ave Maria, *che preſentemente continuano a dirſi ogni ſera, quando a un' ora, e mezza di notte ſi ſuonano le Campane di tutte le Chieſe di Roma; La Santità Sua accreſce per il tempo ſudetto l'Indulgenza altre volte conceduta di ſette anni, & altrettante Quarantene, a dieci anni, & altrettante Quarantene per ogni giorno, purche alla recita delli ſudetti cinque* Pater Noſter, *e cinque* Ave Maria *ſi aggiunghino durante detto tempo anche cinque* Gloria Patri &c.; *E di più concede Indulgenza Plenaria, e remiſſione di tutti li peccati per una ſol volta dentro il medeſimo tempo a quelli, che continuando la divozione ſudetta in tutti li giorni, che decorreranno dalla prima Domenica dell' Avvento ſino alla ſudetta feſta dell'Epifania incluſivè, e che confeſſati, e communicati in uno de' medeſimi giorni, & in qualſivoglia Chieſa a loro arbitrio, viſitaranno una delle tre Baſiliche di S. Giovanni Laterano, di S. Pietro in Vaticano, e di S. Maria Maggiore almeno una volta dentro il ſudetto tempo, & ivi divotamente imploreranno il Divino ajuto per li biſogni di ſopra eſpreſſi, ſecondo la pia mente di Sua Beatitudine.*

Queſta medeſima Indulgenza Plenaria, oltre le ſudette Stazionali, conſeguiranno anche le Monache, Oblate, e le Educande, e Secolari, che con licenza della Santa Sede dimorano ne' Monaſterii, e Conſervatorii approvati di queſt' Alma Città, ſe confeſſate, e communicate viſitaranno nel ſudetto tempo le loro Chieſe, o Oratorii, & ivi pregheranno, come ſopra.

Eſſortiamo però tutti ad approfittarſi de' paterni, e ſalutari

ſalutari ricordi della Santità Sua, & a non traſcurare l'acquiſto di sì abbondanti teſori Spirituali. Datum Romæ ex Ædibus noſtris hac die primâ Decembris 1713.

Chieſe, dove ſono le Stazioni in tempo dell' Avvento ſino all'Epifania.

Santa Maria Maggiore	Domenica Prima.
Santa Croce in Gieruſalemme	Domenica Seconda.
San Pietro	Domenica Terza.
Santa Maria Maggiore	Mercordì delle 4. Temp.
Santi Apoſtoli	Venerdì delle 4. Temp.
San Pietro	Sabbato delle 4. Temp.
Santa Maria Maggiore al Preſepio	La Vigilia, e notte della Natività del Signore.
Sant' Anaſtaſia	La Meſſa in Aurora.
Santa Maria Maggiore	Giorno della Natività.
San Stefano nel Monte Celio, detto S. Stefano Rotondo	San Stefano.
Santa Maria Maggiore	San Giovanni.
San Paolo	Santi Innocenti.
S. Maria in Traſtevere	Circonciſione del Sign.
San Pietro	Epifania.

G. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

IN Roma, Nella Stamperia della Reverenda Camera Apoſtolica 1713.

Provi-

Proviſum, nè ullo modo carnes infectorum boum, ſed optimæ tantùm, ac ſalubres venales proſtent.

CAP. VI.

NE cui dubium ſit carnes brutorum, quæ vel per ſe impura, atque immunda ſunt, vel propter ægritudines malè affecta, hominum valetudini, vitæque vehementer officere: ſatis id exploratum fore arbitramur, ſi inter cætera Dei Optimi Maximi præcepta, quæ electo abs ſe populo dedit, illud etiam adnumerari demonſtremus, quod in ſedulo ciborum, carniumque delectu verſatur. Ait autem Deuteronom. 14. v. 11. *Omnes aves mundas comedite, immundas nè comedatis*, & v. 21. *Quidquid autem morticinum eſt, nè comedatis*. Tantus porrò fuit Summi Creatoris in humanum genus, quod ſuis ipſe manibus finxerat, amor, tantumque, nè diſſolveretur, ac periret, ſtudium, ut illos à fraceſcentibus quoquo modo carnibus abſtinere voluerit. Quantò igitur majori diligentiâ eorum animalium carnes vitare debemus, quæ non ſuapte ſponte, naturalive morbo, ſed ob contractam peſtiferam luem certò ſunt interitura? Meritò igitur Eminentiſſimi Sacræ Conſultæ Patres poſtquam explorandarum, probandarumque carnium curam idoneis, peritiſque hominibus impoſuiſſent, Summi Pontificis juſſu laniis omnibus tam Romæ, quàm in cæteris urbibus edixerunt, ut probatos à Chirurgis boves, vitulos, bubalos, iiſdem inſpectantibus, in grandia fruſta dividerent; quorum ſingulis certum

Carnes brutorum quæ aut immunda, aut malè affecta ſunt, valetudini officiunt.

Deuteronomii præcepto id cõprobatur.

Juſſum eſt carnes explorari, in grandia fruſta dividi, ac certa nota conſignari, itàque divendi,

ſignum ignito metallo imprimendum foret, quod teſtimonio eſſet emptoribus innoxias ſibi, ac ſaluberrimas carnes offerri. Eam itaque notam extremis partibus inuſtam ad finem uſque ſervandam incolumem; quouſque ſcilicet fruſtum illud conciſum diſtraheretur: ita ut nè tantillum quidem carnis vendi poſſet, niſi publicâ veluti fide, atque auctoritate comprobatum. Interdictum præterea, nè quis è morbidarum pecudum carnibus ſalitis, fumoque duratis, ac minutatim conciſis lucanicas, farcimina, aut ſalſamenta conficeret; quique dicto audiens non fuiſſet, pro cujuſque merito conſtitutis in Edicto [a] pœnis mulctaretur. Hoc autem ſuppliciorum metu coërcendi omnes fuerunt, utì publica ſalus tutiſſimis undique cuſtodiis muniretur.

Vetitum eſt nè è morbidis carnibus lucanicæ, aut ſalſamenta fierent.

[a] *Vide Part. II. Edictum num. X.*

Novis rationibus comprobatur tutiori conſilio nos Romæ uſos fuiſſe, prohibendo eſum carnium, & detractionem ab infectis bobus pellium, adipis, & ſevi: occurritur etiam quorundam objectionibus.

CAP. VII.

Magiſtratus publicæ ſecuritati conſulere debēt.

QUoniam qui Magiſtratus gerunt, ita populo, rebuſque publicis præeſſe debent, ut recta ſemper, atque utilia pro temporum ratione ſtudeant præſcribere: meritò propterea ſuam nunc deſiderat animadverſionem, quòd Eminentiſſimi Patres ſeverè juſſerint, carnes ægrotantium boum omnino à macellis arceri; neque pelles, adipem, aut ſevum ab emortuis detrahi: rebus enim utrinque accuratiſſimè perpenſis, longè ſanè publicam ſecuritatem

ritatem cuivis privatorum commodo præferendam duxerunt. Nam licèt non defuerint qui contenderent eas carnes sinè ullo humanæ valetudinis metu usurpari posse; immo alicubi impunè adhibitas fuisse; pelles itidem, adipem, sevumque subjectorum utilitati in tantâ armentorum clade opportunè succurrisse; ac proinde instarent, nè sensim magnâ inductâ & carnium, & coriorum, & sevi penuriâ, præsentibus malis pejora in posterum adderentur: nihilominus, cùm Amplissimorum Patrum animis obversarentur testimonia tum apud Priscos de bovillâ peste in humanam tandem vertente, tum apud æquales nostros, qui sparsim per Italiam post integros annos nondum ab ejusmodi bovillo contagio vindicare se possunt; rationi magis consentaneum putaverunt imperare, nè quis aut affectorum animalium carnes mensis apponere, aut pelles, vel adipem ab iisdem auferre auderet.

Carnes, coria, ac sevum morbosarum pecudum humanæ pestilentiæ metu interdicta sunt.

Porrò me non latet veneficum bovillæ pestis principium, animatum sit, vel inanime, rectà ac proximè in boves duntaxat vim suam exercere; reliqua verò animalia, atque homines ipsos intactos relinquere: hoc enim peculiare habent singulares vegetabilium, animalium, atque ipsorum etiam hominum species, ut non à quolibet, sed à præcipuo veneno plerunque lædantur: quo fit, uti pestes nunquam in omnia simul viventia sævitiam suam exercuerint. Satis tamen perspectum habeo, remotè atque obliquè ab unius generis pestilentiâ alteram suboleſcere posse, tandemque mala hominibus importari: quod faciliùs accideret, quotiescunque circumfusus aër putore cadaverum labefactaretur, vel esu contaminatarum carnium humana etiam corpora paulatim magis, magisq; polluerentur; & licèt subinde homines non

Ex unius generis animalium pestilentia alterius subnasci potest.

eâdem mali ſpecie, qua boves cum oris, fauciumque ulceribus ad interitum urgentur, ſed longè diversâ ægrotaturi eſſent; hoc parum refert, modò ipſi quoque morbo plectendi ſint: negotium enimvero non hìc ad dialecticam, ſed ad phyſicam pertinens agitamus.

Et quidem ideo Eminentiſſimi Patres permoti ſunt, ut vetarent eſum carnium illorum boum, quos certò conſtaret febri correptos, taboque jam inquinatos fuiſſe: (nam de iis, qui ſolâ ſuſpicione notati eſſent, tacitam lanionibus mactandi facultatem impertiti ſunt; modò neque nigror in carnibus, neque abſceſſus in viſceribus à delectis inſpectoribus animadverterentur) quia ſatìs conſtat quidquid à nobis in eſcam aſſumitur, ſuam indolem non exuere; ſed uſque ad permutationem in ſanguinem utcunque ſervare: unde ortum eſt recentiorum Medicorum axioma. *Quale eſt alimentum, talis eſt chylus; qualis chylus, talis ſanguis; qualis tandem ſanguis, tales ſunt ſpiritus.* Si itaque boum caro, quæ non tantummodo ad ſpontaneam fracedinem proclivis, ſed peculiari lue, ac peſtilenti febri confecta eſt, comedatur, jam non poterit putidum ſulphur, ac morbidos ſuos ſales in ſtomachum, atque per lacteas venas, & Pecqueti ductum in ſanguinea vaſa non importare: quæ ſanè particulæ, tametſi robuſta, & magnis exercitationibus aſſueta corpora rarò contaminent, quia è veſtigio per ſudorem ſolent eliminari; delicatos tamen, ſtudiiſque deditos (cujuſmodi in Urbe ſunt plurimi) magnopere lædere valent: quod certè reſpexiſſe viſus eſt Joannes Baptiſta Sidonius cùm Tract. 8. ſuorum Miſcellaneorum ſcriptum nobis reliquit *Carnibus boum contagio peremptorum veſci abſque contagionis periculo poſſunt homines, ſed* (noten-

Quibus conditionibus ſuſpectos contagionis boves ad publicum uſum mactare permiſſum ſit.

Medicorũ axioma de alimentis.

Quibuſnam ejuſmodi carnes noceant. quibus ſecus.

(notentur verba, quæ ſubnectuntur) *pro ſalutis tutelâ melius eſt abſtinere.* Jure itaque nos abſtinuimus; neque culpandi certè erimus, quod tutiorem viam ſequuti ſimus. Laudamus propterea Clariſſimum Langium Epiſt. Med. 68. & 79. qui, quanquam aſſerat per vim ignis difflari, atque evaneſcere venenum, nihilominus arbitratur ex talium carnium eſu homines facilè ad morbos diſponi.

Exempla, quibus hæc interdictio confirmatur.

Sed multis non eſt opus rationibus, ubi hypotheſim experimenta confirmant. Etenim non tantùm legimus Venetiis, ac Patavii pullos, qui fæces, vel interanea infectorum boum devoraſſent, cum alvi fluxu interiiſſe; ſed nos etiam Romæ vidimus nonnullos propter ejuſmodi carnium uſum diarrhæâ, febrique correptos: & qui hoc forſitan impunè tentarunt, ii quidem robuſti, ſummiſque artuum laboribus exerciti fuere. Neque autem quod clam, atque indiligenter factum fuit, impudenter, incautèque publico decreto permittendum eſt.

Carnium copia ſæviente adhùc peſtilentiâ.

Neque interim graſſante bovillâ peſte carnium raritate in Urbe laboravimus. Nam ad multitudinem ſaturandam tum boves planè incolumes, & ſani ex provinciâ Umbriæ, quam labes hæc non tetigerat, paſſim venerunt; tum vel maximè ingens, quæ per id tempus agnorum, vervecumque vis ſuperis benignè faventibus adoleverat, non tantùm ſuffecit, ſed abundavit: divitum verò menſas ubertas omnis generis pullorum, & volatilium extruebat: ita ut per id temporis nullus planè noſtrorum Civium penuriam carnium ſenſerit.

Pelles ac ſevum detrahi vetitum eſt.

Similiter prudens timor fecit, ut publico Edicto cautum fuerit, nè pelles, aut ſevum à boum cadaveribus demerentur. Nam nulla forſitan pars in affecto bove reperitur, quæ ſuæ ſemina peſtis tenaciùs reti-

retineat, & quaquaverſum ſpargere poſſit, quàm cutis, ad quam in iis, qui aliquando convaleſcunt, morbida cauſa compelli ſolet. Præterea, cùm ad detrahendam pellem, & ſevum colliquandum non parum temporis inſumendum ſit; majora ſemper, ac deteriora effluvia per aërem ſpargentur, quàm ſi, non exuto corio, omnique prætermiſſo adipe, ſtatim contumulentur. Itaque ad aërem purum integrumq; ſervandum plus certè conducet à deglubendis bobus abſtinere, quàm per avaritiam inquinandi aëris periculum incurrere; præſertim in Agro Romano, in quo, cùm Auſtrinis ventis ſit objectus, cadavera citiùs, ac deteriùs quàm alibi corrumpuntur, eorumque fœtor ad Urbem citiſſimè permanare conſuevit.

Qua de cauſa id factum ſit.

Momentum verò maximum ad negandam in Latio facultatem deripiendi boum pelles addidit, quod paucis in locis, ubi ejuſmodi animalia intereunt, coria detergeri, & condiri poſſunt; ſed per longiſſima plerunque itinera ad paratas officinas deferenda ſint: unde malignum, ac peſtilens inquinamentum facilè huc illuc ad regiones contagione adhuc intactas propagaretur. Non enim Romanus Ager, propter aëris à deſidibus aquis inclementiam, oppidorum, aut ſaltem vicorum frequentiâ donatur, in quibus diligenter armenta cuſtodiri, atque adeò artifices, & officinæ præſto eſſe queant, cùm & morientium pecudum numerus, & Cœli inſalubritas paſtores maximè urgeat, interdum etiam perdat. Quamobrem ſumma cum hominum, tum ædificiorum infrequentia in cauſâ eſt, ut majori diligentiâ apud nos utendum ſit, quàm apud Tranſpadanos; qui, cùm ſparſim frequentiſſimos vicos habeant, in agris, coriarias etiam officinas ubique locorum conſtruere

Ager Romanus infrequens ob deſides aquas.

ſtruere poſſunt, ac laniones eâ lege conducere, ut ab aliis armentis, quinimo à bobus eodem in armento nondum infectis, quàm diligentiſſimè caveant. Non enim dubitamus, quin lixivium ex vivâ calce paratum, & pulvis myrthi, & ſodæ, quibus pelles abſterguntur, & condiuntur, peſtiferum miaſma poſſint corrigere. Jure igitur, ac meritò placuit Eminentiſſimis Patribus in re admodum periculoſâ certam viam inire: cùm in peſtilentiæ negotio tutiorem ſemper, non verò probabilem duntaxat ſententiam, & prodere, & ſequi teneamur. Scribant verò, ac ſentiant alii quidquid volunt, qui magnam boum jacturam ſolo coriorum lucello rependi poſſe putant: etenim nos Latinis ingenti lucro ſtetiſſe gratulamur, quòd horribiliora mala ejuſmodi legum ſeveritate valuerint evitare. Nuſquam enim citiùs, quàm in Agro Romano, atque etiam in Latio, ubi religioſiſſimè ejuſmodi mandatis obtemperatum eſt, bovilla peſtis deſæviit.

In ejuſmodi rebus tutior ſententia tenenda eſt.

Cadavera ſeveriſſimè ſignificari jubentur: eorundem ſepeliendorum, aut cremandorum curatio ad Illuſtriſſimum Præſulem Imperialem à Summo Pontifice defertur. Ratio, & modus certis regulis ſtatuitur.

CAP. VIII.

NEminem eſſe arbitror, qui ignoret inſepultis, corruptiſque putore animalium cadaveribus perpetuò cœlum contaminari; atque inde morbidam vim, in hominum corpora illapſam, longè majorem vaſtitatem afferre. Quod facilè herclè foret exem-

Inſepulta, putidaq; animalium cadavera viventibus noxam inferunt.

exemplis ex omni penè memoria repetitis oſtendere; ſed pauca tantùm ſeligam, nè longiùs evagetur oratio. Ac primò quidem in exercitu Pompeji Magni apud Apolloniam peſtis exorta eſt ob putida equorum corpora; cujus luculentam ſanè deſcriptionem, ac poëticis luminibus colluſtratam vide ſis apud Lucanum [a]. Ac ſimilis prope clades ſub Conſtantini Magni dominatu populos divexavit ob inſepulta eo bello cadavera, cujus meminit Ammian. Marcellinus [b]. Nec prorſus aliâ de cauſâ cùm Carolus V. [c] rerum potiretur, Papiæ primò coorta, in alia deinde loca pervaſit peſtilentia; quorum eventuum exempla, ſi plura cupis, habebis apud Eminentiſſimum Gaſtaldum [d]. Quod ſi autem ipſa miſtorum, ſed viventium adhuc omnis generis animalium in Urbem accepta colluvies, tetro atque inſolito odore contagionem parit; qualis ea, quæ Coſſ. [e]L. Æbutio Helva, P. Servilio Priſco, V. C. anno CCXCI. Romanas opes afflixit; quid fluentium cadaverum tabem, ac ſaniem effecturam exiſtimandum eſt? Sanè hoc tempore Romam perlatum eſt Piſauri contigiſſe, ut relicto, & computreſcente juxta viam inſepulto bovis cadavere, ob maligni halitus copiam inde effluentem, præteriens viator ſubitò fuerit exanimatus.

Exemplis id confirmatur.

[a] *Pharſal. lib. 6.*

[b] *Lib. 19.*

[c] *Gratiol. in Catal. de Peſte.*

[d] *De avertendâ, & proſlig. peſte cap. 249. nu. 50. & ſeq.*

[e] *Titus Livius Decad. 1. Lib. 3.*

Eam itaque ob rem hac tempeſtate, nè latiùs malum ſerperet, confectæ morbo animantes, quemadmodum Edicto [f] Eminentiſſimi Cardinalis Paulutii 23. Auguſti 1713. fuerat imperatum, partim Sacræ Conſultationi, partim Abundantiæ Præfecto Illuſtriſſimo Ghezzio, renunciabantur, qui potiſſimùm inferendas ſtatim humo, obruendaſque curabat. Verùm, ubi lues increbreſcere, ac morientium pecudum numerus in dies augeri cœpit; ita ut quàm plurimæ

Quo pacto proviſum fuerit, ut mortuæ animantes ſignificarentur ſepeliendi gratiâ.

[f] *Vide Part. II. Edict. num. II.*

rimæ aut in Agris deſertæ jacerent, aut parum altè defoſſâ tellure humarentur, Sanctiſſimus Pontifex, cujus providentiam, vigilantiamque pro merito nullus unquam prædicabit, elegit ad id munus Illuſtriſſimum Præſulem Julium Imperialem, cui pro Ædilis officio, quod ſummâ cum laude gerebat, negotium iſtud incumbere putaverat: nam illius curationis eſt vicorum, publicarumque viarum purgatio, atque mundities.

Præſul Imperialis à Sanctiſſimo Patre huic negotio præficitur cum facultatibus Cõmiſſarii General.

Primum itaque vivæ vocis oraculo XIV. Kal. Octobris huic Præſuli peculiariter in mandatis dedit, ut nè quid omitteret, quod huic malo avertendo utile exiſtimaret: mox verò, quò majori auctoritate eidem negotio curam adhiberet, Apoſtolico diplomate, quod Chirographum appellant, firmiſſimè munivit VIII. Kal. ejuſdem menſis. Chirographi autem formulam in calce hujus Capituli exhibemus.

Exſcribitur Chirographum in calce capituli.

Statim igitur Vir Ampliſſimus, Summi Pontificis juſſis obtemperans, ad id conſilium perficiendum, in quo prora, & puppis publicæ ſalutis poſita eſſet; vias omnes iniit, quas tempus ac neceſſitas poſtulare videbantur. Quapropter ad Præfectos Oppidorum, quæ in Romanæ Urbis territorio, & quæ longiùs univerſo in Latio ſita ſunt, literas dedit, ut omni operâ, atque ſtudio pollutas eo morbo pecudes, aut certè ſuſpicioni obnoxias præcaverent, quo nè unquam illuc pedem inferrent: ac ſi quæ irrepſiſſent, actutum ſegregari; & tandem peremptas humo defodi, quanta maxima fieri poſſet accuratione, juberent; quarum ſummam ſepteno quoque die ad ſe perferri ſtuderent.

Studium adhibitum nè peſtis augeretur.

Nè inſepulta cadavera relinquerentur.

Præterea non paucos ei negotio curatores præfecit, quos pro re natâ mittebat in oppida, jubebatque extinctarum pecudum explorare numerum, an nè

Curatores ei negotio præfecti, qui ſingula diligenter inſpicerent.

omnino cum peculiaribus ſummis conveniret ; ac diligenter inſpicere, num altè cadavera ſepulta forent ; an integrè flammis abſumpta ; num ſcrobes tetrum halitum expirarent ; ac præcipuè ſi quæ inſepulta, nec penitùs defoſſa inveniſſent, altiùs inferri, obruique imperarent : tum quotidie, aut ſi longius iter conficiendum eſſet, bis ſepteno quoq; die ad ſe comperta, atque obſervata referrent.

Summi Pontificis munificentia pauperum inopiã ad tumulandos boves ſublevavit.

Sanctiſſimus verò Pater, dum interea ſingula ſecum reputaret, in eam cogitationem venit, non paucos ſcilicet tenuioris fortunæ homines eſſe, aut qui pecoribus amiſſis, atque adeò re familiari ad egeſtatem redacti forent : quorum herclè facultates, ſi quas haberent, neceſſariis ad foveas, & calcem ſumptibus ſubſiſtere planè non poſſent. Horum igitur fortunas commiſeratus ſingulari admodum, atque inauditâ benignitate ſtatuit eorundem inopiam ſublevare. Quamobrem Illuſtriſſimo Viro, quem ejus muneris curatione dignatus fuerat, continuò mandavit, ut ad pauperum boves ſepeliendos reſervatam eo conſilio pecuniam impenderet ; ita ut miſeris nihil oneris prorſus incumberet ; præterquam ut pereuntes tantùm pecudes illico nunciarent. Ea ſanè beneficentia, quò inuſitatior (novum quippe ad exemplum inſtituta) eò majorem ubique gentium admirationem, amplioremque gloriam promeretur. Enimvero nihil unquam ejuſmodi aut in Eccleſiaſticâ ditione, aut apud exteras nationes hactenus factitatum accepimus, apud quas privati homines non ſolùm impenſas omnes, verùm & curatoribus quoque ſtipendia ſuppeditare coacti ſunt.

Quocirca Vir Illuſtriſſimus eximiam Summi Pontificis Clementiam, humanitatemque publico omnibus Edicto[a] teſtatam voluit, quod 30. Septembris 1713. pro-

[a] *Vide Part. II. num. VIII.*

promulgavit: in quo præter cætera ſubtiliùs ſepeliendi pecoris modum, rationemque perſequitur. Nam primò quidem cadavera in quatuor partes dividi, aut ſaltem media diffindi jubet, utì calcis vis undique interiores partes penetret, atque perurat. Deinde verò in ſcrobem denûm pedum altitudinis, & à publicâ viâ remotam inferri: poſtremò calce obrui, ac terram aggerari. Quòd ſi calcis inopia fuiſſet, duodenûm pedum ſcrobes effodiendas ſtatuit, aggeſtamque humum fiſtucis, aut malleis undique comprimendam.

Ratio ſepeliendorum cadaverum ſtatuitur.

Cæterùm poteſtas data eſt urendi corpora, ubi id commodè fieri poſſit; modò nè rogum ſtruant propiùs Urbem decem paſſuum millibus, tribus verò pagos, atque Oppida; queis nullus ſcilicet ſaltus, aut mons prætendatur; quorum ſi quis objectus ſit, nihil cauſæ eſſe, cur longiùs ignem accendant. Noſtra autem eâ in re monita, ac præcepta ſervata ſunt, quæ ſæpius Illuſtriſſimo Bancherio Sacræ Congregationi communicanda tradidimus. Enimvero in Latio erant olim loca parallelogramma rectangula, alto, craſſoque pariete protecta, quæ ab uſu Uſtrina appellabantur: in iis enim cadavera cremari ſolebant. Quod, nequis intrà XV. ab Urbe lapidem faceret, Auguſtus lege appoſitâ apud Dionem lib. 48. ſtatuit. Atque hinc legimus apud Gruterum pag. DCLVI. 3. DCCLV. 4. & MXLIV. 7. 8. ex antiquis inſcriptionibus non licuiſſe Uſtrina monumentis applicare: immo verò pœna conſtituta erat, ut ex Fabretto ſuarum Inſcription. cap. 3. n. 608. pag. 230. colligere eſt.

Tum etiam concremandorum.

Olim appoſitâ lege cremari cadavera intrà XV. ab Urbe lap. prohibebantur.

Severè inſuper, graviterque Illuſtriſſimus Imperialis interdixit, nè quis eadem cadavera in foſſas, aut paludes, aut Tiberim, aut ſtagna projiceret,

Nè mortui boves alicubi insepulti relinquerentur, minis, pœnisque provisum.

jussitque mortuos boves indicari, ac vicinos quosque acerbissimis comminationibus coëgit, insepulta cadavera incuriâ Dominorum vestigare; quod ni facerent, Ecclesiastici quidem ad remigum ordinem traducerentur, reliqui verò pœnas morte dependerent.

Mortuæ pecudes ad Illustriss. Præsidem referendæ.

Inter hæc quidquid pecudum in agro Romano, finitimisque locis interibat, ad eundem Illustrissimum Præsidem ab armentorum Dominis, aut Oppidorum Præfectis, aut Curatoribus, quibus id muneris impositum erat, referebatur; ac bis singulis hebdomadibus, coacto apud Illustrissimum Præsulem Bancherium conventu, ipsemet Amplissimus Præses mortuarum pecudum numerum, & Dominos, ac loca docebat: quarum summam in album relatam non solùm universam Sacræ Consultæ; verùm etiam, qua parte carnium penuriam tangere poterat, altilium Abundantiæ, qua verò ad agricolarum boum jacturam pertinebat, Annonæ Præfectis mittere consueverat, ut quisque pro tempore ad publicam utilitatem consilia sua, & cogitationes posset intendere. Præ cæteris verò ad Sanctissimum Patrem statis diebus hæc omnia, Dominicis scilicet, ac Mercurii quàm diligentissimè deferebantur.

Quomodo cautum fuit, quo minus pecorum cadavera in Tiberim dejicerétur.

Sæviente tamen lue, atque in dies ingravescente, passim cadavera in fossas, & stagna, ac in Tiberim dejici, quo sumptibus parceretur; multique avaritiâ ducti pelles, & cornua detrahere, & carnibus vesci cœperunt. Quamobrem 28. Octobris 1713. à Sacrâ Consultâ alterum Edictum manavit in vulgus, quòd graviss imas [a] pœnas iis, qui in eâ re delinquerent, comminabatur.

[a] *Vide Edictum Part. II. num. XI.*

At verò Illustrissimus Præsul Imperialis, cùm nihil hujusmodi sanctione profectum iri videret: nam vel nulla,

nulla, vel admodum obſcura extabant veſtigia, quæ ad criminis auctores indagandos adducerent ; præſertim quòd, eraſis notis, quibus pecora ad nates compungi ſolent, in Tiberim boves projiciebantur, ita ut nè Domini quidem ſuos noſcitare poſſent:hæc, inquam, ſecum reputans, accepto Sanctiſſimi Patris oraculo, aliud emiſit Edictum [a] 31. Octobris 1713. quo viginti ſcutatos nummos, impunitatemque pollicebatur, ſi quis ejuſmodi pecorum heros indicaſſet, quanquam ipſemet eadem projeciſſet, aut inuſtam illis notam Dominorum juſſu deleſſet. Quibus tandem veſtigiis ad certiſſima indicia perventum eſt : multique in eo crimine deprehenſi meritas pœnas exſolverunt, quorum aliquot in perpetuum triremibus addicti ſunt : quamobrem cæteri ſuppliciorum, atque occultorum etiam delatorum metu perterriti in officio continebantur.

[a] *Vide Part. II. Edict. num. XII.*

Nihil adhuc omiſſum eſt, quo deſerta undique cadavera tumularentur, Apoſtolico ærario ſumptus ſuppeditante ; ac præcipuè ut, ignoratis Dominis, quæ in alveo fluitarent, cymbis excepta ad terram traherentur : quod non ſinè magno labore, ingentibuſque impenſis perfici poterat. Eâque de cauſâ Illuſtriſſimi Præfecti juſſu cymbæ certis in locis velut in ſtatione locatæ fuerunt, in Aniene ſcilicet, ad Pontem Milvium, ad ripam minorem Tiberis, ad Navalia ; præter eas, quæ deditâ operâ Tiberis alveum ad Oſtium uſque peragrabant, ut ſi quæ ad oras cadavera offendiſſent, ubi plerunque in vado, atque in arenis deſtituta jacebant, inde revellerent, quò deducta in profluentem facilè ad terram pertrahi, obruique poſſent. Quin etiam, nè quid miniſtrorum negligentiâ peccaretur, ipſemet Illuſtriſſimus Vir diverſa in loca, atque interdum longiùs ab

Cymbæ certis fluminis locis ſtatuuntur, quibus cadavera per Tiberim fluitantia in terram reveherentur.

Urbe

Urbe profectus est, exploraturus, an nè omnia fierent ex præscripto.

In mare etiam, & cur detractis pulmonibus projici possint.

Fuit qui percontaretur, num cadavera boum, qui in litorali ora decessissent, in mare projicere liceret. Licere id quidem, longè tamen à litore, respondi, si antea, aperto thorace, pulmones ab iisdem detracti fuissent. Eo enim fore ut prohiberentur, nè rursus emergerent, atque in litus rejicerentur. Etenim pulmones, cum in morientibus distendantur aëre, qui per tabidam cadaveris fermentationem magis, magisque rarescit, corpus ab imo ad summum attollunt, atque undis circumferendum, tandemque in arenam repellendum præbent.



Exem-

Exemplar Literarum Apoſtolicarum, ſeu Chirographi, quo Illuſtriſſimus Præſul Julius Imperialis conſtituitur Generalis Curator ad ſepelienda cadavera boum.

Monſignor Giulio Imperiali Chierico della Noſtra Camera, e Preſidente delle Strade.

RIchiedendo il paterno amore, che abbiamo per i noſtri Sudditi, che attentamente s'invigili da Noi alla loro conſervazione, come abbiamo ſempre fatto in paſſato, e ſiamo diſpoſtiſſimi a fare in avvenire, non omettendo niuna di quelle coſe, che condurre ci poſſono al fine ſudetto; Quindi è, che apprendendo Noi potere dalla morboſa influenza, che regna preſentemente negli animali bovini, e bufalini, naſcere qualche danno maggiore, qual' ora non ſi uſi tutta l'attenzione, e ſollecitudine poſſibile in dare pronta ſepoltura a' predetti beſtiami, a miſura che cadono morti, con averſi a cuore, che o per eſſer mal ſotterrati, o per laſciarſi troppo tempo ſopra terra, l'aria non ſia dalla puzza, e fetore, che ſogliono generare, guaſta, e corrotta, ſiamo perciò venuti in ſentimento di appoggiare alla voſtra diligenza la cura d'invigilare con la ſolita attenzione, che tali cadaveri ſieno prontamente, e bene ſotterrati, e benchè tale incombenza vi appartenga per l'obbligo, che vi corre per ragione del voſtro uffizio di mantenere le Strade della Città, e Conſolari nette, & eſpurgate da

ogni

ogni immondezza, che poteſſe cauſare infezzione d'aria, tuttavia perchè non ſi poſſa in conto veruno dubitare delle voſtre legittime facoltà, col preſente Chirografo, in cui abbiamo per eſpreſſa ogni, e qualunque coſa neceſſaria, da eſprimerſi, di noſtro moto proprio, certa Scienza, e pienezza della noſtra Poteſtà, commettiamo, ed ordiniamo a Voi, che per il fine di far ſepellire li cadaveri di tutte le beſtie bovine, bufaline, e di qualunque altra ſpecie, che andaſſero morendo nel noſtro Agro Romano, Luoghi Baronali, ed altri a noi immediatamente ſoggetti, con tutte le dovute cautele invigiliate, con dare quegl' ordini, che ſtimarete neceſſarii, ed opportuni; dandovi tutta la piena facoltà di pubblicare Bandi, & Editti per l'adempimento degl' ordini, che darete, e fare precetti generali, e particolari colla comminazione delle pene, che giudicarete proprie da procedere per Voi ſteſſo, o per mezzo del Giudice, e con l'opera del Notaro, che vi pareſſe bene di eleggere, & aſſumere contro tutte le perſone di qualunque ſtato, grado, condizione, e quanto ſi voglia privilegiate, & eſenti, benchè Eccleſiaſtiche, Secolari, e Regolari anche mendicanti delle noſtre undici Congregazioni, della Compagnia di Gieſù, Cavalieri di Malta, Reverendiſſimi Cardinali, Arciveſcovi, e Veſcovi, Chierici della noſtra Camera, Camerali, Sant' Offizio, e ſuoi Patentati, e qualſivoglia altre perſone degne di ſpeciale, ed individua menzione, che in qualunque modo in tal maniera contraveniſſero a' voſtri ordini, & alla dichiarazione dell'incorſo delle pene comminate ne' medeſimi Editti, Ordini, o Precetti, che farete, come anche nelli Bandi, & Editti, che ſopra di ciò ſono ſtati fin' ora pubblicati dalla Conſulta, e ſi pubblicheranno in avvenire, ſe trovarete alcuna perſona di qualſivoglia ſorte come ſopra, che aveſſe contravenuto alli medeſimi, ed alla loro intiera, e totale

Eſecu-

Esecuzione, senza che vi si possa opporre difetto di giurisdizione, o insufficienza di facoltà, sanando noi d'adesso preventivamente ogni difetto, e concedendovi con larga mano tutta la giurisdizione, facoltà, & autorità in qualunque modo necessaria, dispensandovi per tal' effetto dall'incorso d'irregolarità, e d'ogni altro Canonico impedimento; poichè così è mente, e volontà nostra precisa; volendo, e decretando, che questo nostro Chirografo vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla nostra semplice sottoscrizione, nè se gli possa opporre di subrezione, obrezione, nè di verun'altro vizio, o difetto della nostra volontà, & intenzione, non ostanti le cose premesse, la regola della nostra Cancellaria de Jure quæsit. non tol. len., *e qualsisiano altre Costituzioni, & ordinazioni Apostoliche nostre, e de' nostri Predecessori, Leggi Civili, e Canoniche, Concilj generali, e Provinciali, Statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, & ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole avendone il tenore quì di parola in parola inserto questa volta sola, & all' effetto predetto amplamente deroghiamo.*

Dato dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 24. Settembre 1713.

CLEMENS PAPA XI.

De admirabili munificentiâ, qua Summus Pontifex usus est in eos, qui tempore bovillæ pestis ad egestatem redacti fuerunt.

CAP. IX.

CUm interim tot, tantæque armentorum strages per Latium ederentur, necesse fuit, quàm plurimos, quorum census omnis in pecoribus erat, ad extremam redigi inopiam, magnoque cum rei frumentariæ detrimento agros, & arva inculta destitui: unde gravissimæ miseriarum omnium penuria, ac fames obortæ essent: quod ita prorsus evenisset, nisi tam atrox, ac difficile tempus in hujus Pontificis ætatem incidisset. Sanctissimus autem Pater non tantùm impendentia mala propulsavit, verùm nè ullam quidem eorum suspicionem reliquam fecit. Namque tum egentibus agricolis pecuniam emendis bobus, ac frumentum, ut agros demore colerent conserererentque, benignè suppeditavit (quod loco suo latiùs exponemus) tum accisas insuper importunâ clade multorum opes humanissimè sublevavit: qui planè sumptus in tantâ temporum calamitate fidem videntur excedere. Inter cæteros enim, quorum rem domesticam pestifera lues ad perniciem profligarat, Sanctissimo Patri renunciatum fuit ab Illustrissimis Præsulibus Bancherio, & Judice, unum extitisse mercatorem Jo: Baptistam Lutium ex oppido Capistrello in Marsensi Diœcesi honestum admodum virum, atque industrium; cujus hìc præcipuam mentionem facere consentaneum

Pauperies, penuria, ac fames à bovillâ peste timenda.

Quo pacto eadem à Civibus Sanctissimus Pater magnis subsidiis depulerit.

Rarum Pontificiæ Munificentiæ exemplum.

neum mihi visum est : huic etenim plusquam octingentos boves quàm ocyssimè pestis interemerat : quapropter in pauperiem subitò dejectus omnium commovit misericordiam ; præsertim verò cùm per annos quadraginta strenuam navasset operam, nè unquam Romana Civitas carnis penuriâ laboraret. Meritò igitur Sanctissimus Pontifex eversas hominis fortunas commiseratus, qui tot, tantisque ærumnis nullo proprio crimine affectus (quippe qui incredibili semper integritate mercaturam fecerat) miserrimam vitam cum uxore, ac liberis toleraret ; uni ex ejus filiis nomine Nicolao officium Custodis aquæ, ut ajunt, Felicis, annuosque sexaginta scutatorum nummorum reditus concessit : alteri autem Dominico Antonio ad Ecclesiasticæ vitæ institutum propensiori, annuos pariter sexaginta scutatorum reditus ex solvendis pensionibus benignissimè largitus est. Luculentam igitur Summi Pontificis munificentiam posteritas omnis intuebitur, æternisque laudibus prosequetur : unde & Principes exemplum petant justissimæ commiserationis, benignitatisque in eos, qui propter rerum vicissitudines ex amplissimis opibus ad summas miserias nullâ quidem suâ culpâ, aut improbitate commeritas deturbati sunt: & ii, qui sedulam, fidelemque operam reipublicæ præstant, certissimæ spei atque fiduciæ in Principum humanitate & clementiâ collocandæ ; qua afflictas fortunas suas, ut par est, levatum iri confidant.

Qui mercaturam probè exercent suis in infortuniis humanitatem, opemq; à Principe possùt præstolari.

Quo pacto proviſum fuerit, nè boves colendis agris in poſterum deeſſent.

CAP. X.

Boves in Italia ad arandum apprimè neceſſarii.

INterea temporis propter bovillam cladem agrorum ſterilitas, civiumque fames jure ac meritò eventura timebatur; præſertim quòd noſtris in regionibus ob ſoli tenacitatem, atque duritiem terra non niſi bobus verſari, & conſeri poteſt; cùm in variis Germaniæ, Galliæque provinciis vel aſini, vel equi ad glebas proſcindendas aratro ſubjugantur: nam mollior illic humus facilè quovis conatu finditur ac dimovetur. Itaque boum interitus populis illis non tantum exitium afferre ſolet, quantum Italis, apud quos eorundem ſtrages non carnis ſolùm, & lactis inopiam, verùm frumenti etiam caritatem ſecum trahit. At enimvero, nè quid interim res agraria detrimenti caperet, ſummo ſtudio proviſum eſt, graviſſimoſque omnium metus curaſque diſcuſſit una Principis vigilantia atque prudentia. Ac primò quidem Illuſtriſſimo Præſuli de Judice diligentiſſimo Annonæ Præfecto datum eſt negotium, ut ſub hyemis initium ruriculas boves, ac juvencos colendis agris idoneos è montanis paſcuis ad maritima traduceret eâ adhibitâ cautione, ut nè ulla in prata ſive prædia, in quæ vel minima caderet ſuſpicio, & conſulari tantùm viâ devitatis omnino diverticulis agerentur. Idemque præterea, ad quem pro ſuo munere agrariæ artis curatio in latiſſimis Cornetanis campis bubulo cæteroqui pecore refertiſſimis pertineret, modos omnes excogitavit, quibus illius ditionis ſpatia à quavis peſtis labe vindicaret, cùm armen-

Penuriæ metus Principis vigilantiâ diſcuſſus eſt.

Quàm cautè boves è montibus in plana deducti ſint.

armenta è montibus in plana deducerentur. Ante igitur quàm illuc pedem inferrent per quadraginta dies, ut mos obtinet, finibus arcebantur, explorandi scilicet gratiâ, num in iis pernicies aliqua lateret.

Præter hæc dispositi sunt ingenti numero custodes, qui potissimùm ad Magni Hetruriæ Ducis, quin etiam ad Nursiæ, Cascіæ, aliorumque oppidorum viciniam excubarent. Harum autem rerum perficiendarum labor atque cura Rectori Artis agrariæ in Cornetano territorio injuncta est: quem sanè Rectorem Romanus Annonæ Præfectus legere consuevit. Iis itaque rationibus atque consiliis non Corneti solùm, sed & Montis Alti, & Centum Cellarum agri ab omni luis periculo prorsus immunes fuerunt. Quod non sinè ingenti providentiæ commendatione memorare debemus.

Ager Cornetanus Centumcellensis &c. impedito ingressu affectorum boum, servatur immunis.

Verùm, cùm nihilominus in Latio malum ingravesceret, Sanctissimus Pontifex eidem Illustrissimo Præsuli de Judice mandavit, ut quantam maximam posset curam adhiberet, qua illata Agrariæ rei, vel inferenda per hanc contagionem damna sarciret, ac propulsaret.

Hic igitur egregius Summi Pontificis Minister 25. Septembris anni 1713. de vaccarum albarum singulis in prædiis verâ summâ intrà mensis spatium ad se referendâ Edictum [a]promulgavit, vetuitque, nè quis boves ad arandum idoneos venderet, emeretque cædendos in lanienis; nève Romanis agris educeret: atque ita ad usum revocata est Pauli V. Pont. Max. [b]Sanctio, quam motu proprio in eorum gratiam edidit, qui non solùm prope Urbem, verùm etiam in Latii, Campaniæ, maritimisque provinciis agriculturæ dant operam: quo planè in decreto illud inter cætera de vaccarum fœtura ad boves ruriculas sup-

Summa Vaccarum albarum ad Annonæ Præfectum deferri jubetur.

[a] *Vide Part. II. num. VII.*

[b] *Pauli V. de non mactandis bobus aratoriis Sanctio renovata, quæ inseritur enunciato Edicto num. VII.*

ſupplendos obſervatione degniſſimum eſt. Jubentur enim armentorum domini ex quoque centenario vaccarum numero vicenos quinos vitulos ad agrorum culturam quotannis educere. Quod hoc quoque tempore omnibus imperatum eſt: cautumque præterea fuit, nè eodem anno vitulæ à lacte jam depulſæ (vulgò *aſſeccaticcie*) quæ videlicet in ſequentes annos utero concipere, & fœtus renovare poſſunt, ullo modo ad lanienam ducerentur: quinimo eodem Decreto interdictum, nè cui liceret aut extrahere, aut vendere lactentes vitulos, atque etiam juvencos bubalos, niſi impetrata priùs facultate ab Illuſtriſſimo Annonæ Præfecto. Ita ſanè non levis boum aratro admovendorum jactura prohibita eſt.

Lex prodiit, ut xxv. vituli quotannis aratro admovendi ex centum vaccis ſerventur.

Similiter nè juniores fœminæ laniis vendãtur.

Cæterùm ejuſmodi Edicto excepti fuerunt boves emeriti, vel aliâ de cauſâ ad arandum prorſus inepti, quos mercatoribus, ac laniis vendere licitum erat.

Emeritos, & impotentes tantũmodo boves mactandos eſſe ſtatuitur.

Quid præterea in Præſulum Conventu fuerit diſcuſſum ad impendentem ex bovillâ clade Annonæ caritatem avertendam.

CAP. XI.

CUm multa, ut ſuperiori capite innuimus, ex uno boum interitu accepta detrimenta ſequuturos in annos magnam rei frumentariæ penuriam minarentur; idcirco VIII. Kal. Februarii anni MDCCXIV. apud Illuſtriſſimum Præſulem Bancherium S. Conſultæ à Secretis de ſubſidiis populo ferendis, maliſque propulſandis diligenter actum eſt: ſumma enim eorundem animalium paucitas, magna agricolarum ad novos emendos boves inopia, ipſorum dominorum

Quid actum ſit in convẽtu apud Illuſtriſs. Bancherium.

rum attritæ quoque fortunæ propter ſuperioris anni horrea penè exhauſta, atque innumeras lites prædiorum dominis à colonis illatas omnium animos ſuſpenſos ſolicitoſque detinebant.

Primùm itaque eo in cœtu non defuit qui cenſeret coëmendos eſſe à Principe boves aratris mox ſubjiciendos: abſque enim novis bobus ſementem nullo modo inchoari poſſe putabat ab iis, quos eorundem clades perculerat. Sed hæc rejecta fuit ſententia, non ſolùm quòd inter eos, qui bovillam ſtragem paſſi fuerant, multi erant divites, ac Magnates, qui boves proprio ære ſibi pariter, & colonis poterant, & debebant comparare; verùm etiam quia, tametsì pro pauperibus duntaxat coëmptio facienda eſſet, hæc procul dubio impenſa, cùm non minoris, quàm 200. millium ſcutatorum futura eſſet, publicum ærarium jam ſatis labefactatum ſinè ullâ Pontificis laude, ac ſubjectorum beneficio exhauſiſſet: cùm certum diſcrimen impenderet, nè armenta longinquis è terris huc deducta ob peſtem noſtris in agris nondum extinctam interirent.

Prima ſententia, Coëmēdos à Principe boves eſſe, & Agricolis diſtribuēdos.

Exploditur.

Alii præterea conſentaneum rationi duxerunt, ut ſuperſtites boves, qui trahendis plauſtris, & curribus paſſim adhibentur (ſunt enim non pauci ejus generis, quibus clades illa pepercit) aratris etiam admoverentur: habuiſſemus profectò multa, eaque laboribus aſſueta juga; cùm alioquin ad uſum plauſtrorum bubali pariter, atque equi facilè ſubſtitui poſſint.

Altera Sententia, Boves plauſtrarios aratro ſubjugandos.

Utile quoque conſilium expoſuerunt, qui, cum omnibus compertum eſſe noverint, pleriſque eâ calamitate ad colendum Romanum agrum vires ademptas; ideo ſingulos illorum dominos ad ſerendam eam ſaltem camporum partem, quæ ab agricolis

Tertia Sententia, Cogendos eſſe dominos ad conſerenda inculta jugera.

lis conductoribus ſubigi mollirique nequiret, adigendos, urgendoſque exiſtimarunt. Nam, cùm ipſa terra ad alendos homines data ſit, æquum pariter eſt, ut qui plus telluris habent, plus etiam comparandis rebus ad hominum victum vitamque neceſſariis teneantur.

Quarta Sententia, Majorem ſolito jugerum in intactis regionibus numerum à Dominis excolendum.

Erat etiam qui arbitraretur, in Eccleſiaſticis propiùs Urbem ditionibus, quas bovilla peſtis non affixit (fuit verò Cornetanus potiſſimùm, Centumcellanus, & Montaltinus ager) ſolito majorem numerum conſerendorum jugerum hoc anno dominis ſuis aſſignandum, compenſandi ſcilicet gratia defectum illorum, in quibus boves deſiderabantur: atque hac in re plurimùm elucere potuiſſe Principis charitatem, & munificentiam, ut imperio ſubſidia jungeret.

Quinta Sententia de ſtatuendo frumenti pretio rejicitur.

Nonnulli verò negotium altiùs repetentes ejuſmodi pretium in ſingulas frumenti menſuras noſtratibus *rubla* judicarunt eſſe ſtatuendum, octonos ſcilicet ſcutatos nummos: nam tametſi piſtoribus minori lucro ea res ceſſura foret; frumentariis tamen, & colonis animos erectura eſſet, ut latiora camporum ſpatia conſererent colerentque. Ea tamen opinio nullo modo probata eſt: nuſquam enim gentium id fieri ſolet; cùm pro anni proventu carius, aut vilius frumentum eſſe conſueverit: tum quod egentibus piſtoribus calamitoſum id futurum erat.

Edicta, quibus jubentur agricolæ colendorum agrorum ſpatia ſignificare. *Vide Edicta in II. Parte n. IX. & n. XV.*

Omnes autem in id conſenſerant, ſupplicandum eſſe Pontifici, ut ſuæ munificentiæ theſauros aperiret, opportunè ſcilicet ſubveniendo agricolis: quod à Clementiſſimo Principe facilè, ut mox dicemus, impetratum fuit. Interim verò die 30. Septembris ſuperioris anni 1713. nec non die 23. Januarii anni 1714. Edicta emanarunt ab Eminentiſſimo Cardinali Camerario, atque ab Illuſtriſſimo Annonæ Præſide, tum

tum ad agrum Romanum, tum ad districtum, ut ajunt, Urbis directa, ut unusquisque frumentarius conferret, & deduceret rationes suorum agrorum, sive jugerum, quæ ipso jam autumno conseviſſet, vel sub initium tunc instantis Veris mollire, atque oblimare, & in proximum autumnum conserere cogitasset; ex firmis enim, ac ratis ejusmodi divisionibus facilè constaturum tum cui Principis beneficentiâ opus esset, tum vel maximè quæ nobis spes futuræ messis affulgeret. Nam, si minora invenirentur colendorum agrorum jugera eo anno ad serendum destinata, quàm ut inde suffectura Romano Populo messis colligi posset; tunc quidem apud Sanctissimum Principem Romani Populi indigentia minimè fuisset reticenda. Neque sanè dubitabamus (experti jam aliàs nostris in necessitatibus propè divinam Sanctitatis Suæ solicitudinem) quin Pontifex omnium vota suis beneficiis esset præventurus: ex finitimis enim gentibus frumentum Romanis horreis inferendum citissimè jussisset. Illud utique tacito omnium consensu firmatum fuit, ut, si quando frumentum aliunde esset transvehendum, potiùs ex Piceno, quàm ex vicinis aliorum Principum ditionibus esset coëmendum; hac enim ratione ad subjectos Sedi Apostolicæ populos utilitas non exigua derivaretur: quod quidem eò faciliùs factu in posterum erit, quod quatuor circiter ante annos in Annonæ Romanæ angustiis ex eâdem Picenâ provinciâ Illustrissimi Præsulis Nicolai Judice curâ, ac diligentiâ frumentarii commeatus subvecti sunt. Quæ sanè res, cùm olim perardua, & maximis difficultatibus districta censeretur, per eximiam tamen ejusdem Præsulis solertiam tam feliciter expedita est, ut successoribus ejus admirationi simul futura sit, & exemplo.

Ex Piceno potius, & Flaminia frumentum convehendum.

Quid in peculiari Eminentiſſimorum Cardinalium Cœtu rurſum ad annonam explicandam deliberatum ſit.

CAP. XII.

POſt hæc Sanctiſſimus Pater, cum ab Illuſtriſſimo Præſule Bancherio accepiſſet(Illuſtriſſimus enim Judice Annonæ Præfectus,cujus erat id ad Summum Pontificem referre,adverſâ valetudine decumbebat) rem inter ancipites, fluctuanteſque ſententias verſari, continuò Purpuratos Patres, ac Præſules ad novum conventum vocari, ac Me quoque intereſſe juſſit IV. Nonas Februarii anno MDCCXIV. in Ædibus Eminentiſſimi Camerarii.

Cardinales, & Præſules aliquot huic negotio præpoſiti.

Quatuor autem Cardinales ad id conſilium adhibiti fuerunt, videlicet

Quinam fuerint.

Eminentiſſimi Patres Spinula Camerarius.
Paracianus
Imperialis
Origus.

Queis ſex Præſules adjuncti. Scilicet Illuſtriſſimi Jo: Patricius Archiepiſcopus Seleuciæ, Summus Ærarii Apoſtolici Quæſtor, quem Generalem Theſaurarium dicunt.

Ferdinandus Nuptius Archiepiſcopus Nicænus Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitæ à Secretis.

Antonius Bancherius Protonot. Apoſtolic. Sacræ Conſultæ,hujuſque peculiaris Conventus à Secretis.

Nicolaus de Judice Cam. Apoſtol. Clericus, & Annonæ Præfectus, qui abfuit, adverſâ quippe valetudine impeditus.

Leonar-

Leonardus Ghezzius Cam.Ap.Clericus,& Abundantiæ Curator.

Julius Imperialis Cam. Ap. Clericus, & Ædilium Præfectus.

Præterea tres Romani Patricii,Rei Agrariæ admodum periti; nempe

Illuſtriſſimi D. D.) Prior Vareſius Baſilicæ Vaticanæ Can.) Tiberius Cincius,&) Marchio Angelus Gabriellus.

Illuſtriſs. Bancherii ad cõventum præfatio.

Factâ igitur dicendi poteſtate, Illuſtriſſimus Præſul Bancherius perſpicuè, eleganterque more ſuo præfatus eſt: Sanctiſſimum Pontificem paterna, qua ſubjectos ſibi complectitur pietate, & charitate flagrantem mandare, utì conſociatis omnium tum Eminentiſſimorum Patrum, tum quotquot ibi adeſſent Illuſtriſſimorum Virorum conſiliis, ſtudiiſque, publicæ incolumitati quoquo modo proſpiceretur. Monitos autem nos velle, nè eâ ratione, & viâ procederet deliberatio qua unius vitandi periculi gratiâ in multa ſimul offenderemus incommoda.

At quoniam non vanus nobis impendebat metus; ſcilicet quòd ob illatam, graſſantemque adhuc in Latio boum perniciem, aſpirante jam veris initio, deſtinata futuræ ſementi agrorum jugera vix molliri, ac ſubigi poſſent;totius orationis Summam Illuſtriſſimus Præſul ad duo quæſita revocavit.

Orationis Sũma. I. An Domini cogendi ſint ad agros arandos. II. An pretium frumento conſtituendum.

Primum quidem, an Domini ad colendos agros compelli deberent, quos miſerrimi aratores acceptâ boum clade per ſeipſos colere prohibebantur. Quod ſi ita viſum fuiſſet, utrum ad eam ſolùm partem, quam colonis eo anno conſerendam locaverant; an verò ad æs, & libram, ita ut qui majorem agri modum poſſideret, latiùs etiam ſerere teneretur.

Alterum verò an ad erigendas tam colonorum, quàm Dominorum ſpes frumenti pretium ad certam pecuniæ ſummam conſtituendum eſſet, quæ culturæ ſumptus potuiſſet compenſare. An aliter colonorum paupertati ſuccurrendum.

Poſt hæc data eſt unicuique dicendi copia quidquid in re tanti momenti neceſſarium, aut opportunum fore exiſtimaret. Multaque, ac longè diverſa in eâ diſputatione jactata ſunt; ſed nè longum faciam, omnia ſubtiliter perſequendo, hæc præcipua deliberationis capita enarrabo.

Quid de hiſce rebus deliberatum ſit.

I. Neque Dominos, neque Conductores, neque agricolas ad ruſtica opera facienda compelli debere, neque frumenti pretium ſtatuendum.

II. Alliciendos tamen omnes lucri ſpe, ac Principis permiſſu tribuendam gratis iiſdem facultatem extrahendi peregrè quintam collectarum frugum partem: modò tamen triticeæ menſuræ, vulgò *rubli* pretium ſcutatos nummos ſeptem non exceſſerit.

III. Rogandum præterea obſecrandumque Sanctiſſimum Patrem, ut ad exemplum Motus proprii Pauli V. Pont. Max. novum promulget Edictum, jubeatque apud Sacrum Pietatis Montem, ac Nummulariam Menſam S. Spiritus in Saxia ſcutatorum millia quinquagena utrobique deponi, ita ut agrorum Dominis, conductoribus, aut agricolis quantum cuique opus fuerit, tribuatur. Et quoniam nonnulli, quod ſæpe accidit, per ſummam fraudem, ac malitiam vel egeſtatem fingere, vel publica ſubſidia in pravos uſus vertere potuiſſent; idcirco in eam ſententiam ventum fuit, ut Sanctiſſimus Pontifex lectiſſimorum Virorum cœtum ad imitationem Pauli V. inſtitueret, in quo diligenter expenderentur ſingulorum, qui pecuniam accepturi forent, conditiones,

cau-

cautioneſque præſtandæ. Huic autem negotio præficiendos Theſaurarium Generalem, Annonæ Præfectum, Abundantiæ Præſidem, Archinoſocomii S. Spiritus in Saxia Præceptorem, in locum ſcilicet Jo:Baptiſtæ Coſtaguti, cujus in Motu proprio Pauli V. fit mentio, & R. C. Apoſt. Commiſſarium.

Hæc porrò conſilia prid. Nonas Martii per Illuſtriſſimum Annonæ Præfectum ad Sanctiſſimum Patrem relata, quanquam Pontifex ferè omnia probaverit, eadem tamen maturiùs, atque accuratiùs diſcuſſit, ac limatiſſimo ſuo judicio perfecit. Itaque ſequenti capite ſigillatim exponemus quid quoque modo effectum ſit, ut exoptata omnibus ſecuritas redderetur.

Conſilia per Summum Pontificem approbata.

Agricolæ ad faciendam Sementem in annos præſertim 1713. 1714. *à Summo Pontifice præmiis incitati: pecunia iis præbita mutui nomine: nova iiſdem beneficia conceſſa. Opportuna ratio antevertendæ arationis proponitur.*

CAP. XIII.

EA porrò magis magiſque in dies Sanctiſſimi Patris animum cura, atque ſolicitudo verſabat, conſerendorum ſcilicet agrorum in venientes annos, ſervandæque rei frumentariæ, quippe in qua publicæ ſalutis cardo verteretur. In hanc igitur cogitationem intentus, & multa in mandatis dedit Illuſtriſſimo Annonæ Præfecto, qui omnia diligentiſſimè eſt executus, & rem tanti momenti Purpuratorum Patrum,

Quid conſtituerit Summus Pontifex ad ſervandam rem frumentariam.

trum, ac Præſulum, de quibus ſuperiùs mentionem fecimus, judicio permiſit. Quamvis autem omnium animi imminentis exitii metu ad celeriores deliberationes erecti ſeveriſſima aliorum Principum Edicta ſpectarent, quibus illi ſe militari more animadverſuros minitabantur in eos, qui non intrà paucos dies conſeviſſent agros ſuos; cùm tamen Benigniſſimus Princeps tutiora, atque humaniora conſilia prætuliſſet, in hanc ſententiam publicâ cum laude diſceſſit.

Frumenti diſtributione Agricolæ allecti.

Ac I. quidem ut ad faciendam ſementem excitarentur agricolæ, promiſſâ egentioribus copioſiore frumenti diſtributione ex Annonæ horreis, aut conceſſâ iiſdem extra Romam coëmendi facultate.

Qui agros conſerere nollent ſignificare jubentur. *Vide Edicta Parte II. n. IX. & XIII.*

II. Ut qui agros incultos habuiſſent, eoſq; ſub annum 1713. conſerere nequirent, ante diem 20. Octob. ejuſdem anni Illuſtriſsimo Annonæ Præfecto nunciare juberentur: ita ut aliis opportunè locari poſſent. Quod ſi neque Dominus, neque Villicus eam rem ſignificaſſent, haud ullum ſe ex agris ſuis emolumentum percepturos ſperarent. Quinimmo villicus Annonæ Romanæ, quaſi cum eâ initis conditionibus, integrum vectigal mulctæ loco perſolveret, quod cæteroqui Domino ſoluturus fuiſſet. Is verò, qui ſubigenda novalia, vulgò *maeſe*, aut culta prædia conduxiſſet, dimidium tantùm Annonæ penderet, cæteriſque fructibus tanquam propriis uteretur.

Si qui verò ſibi faciendæ ſementis poteſtatem non eſſe renunciaſſent; ſimiliter aliis prædia locarentur: & Dominis quidem à Conductoribus dimidium vectigal penderetur: ipſi verò agricolæ omni prorſus onere, & conventionis vinculo, vel jurejurando obſtricti ſolverentur.

Dominis autem, & Colonis conſerere agros ſuos detre-

detrectantibus Illuſtriſsimus Annonæ Præfectus curâ, impenſiſque ejuſdem Annonæ neglectos agros conſerendos ſuſciperet.

Quod ad cultos autem agros ſpectat, omnia integro relinquenda, nec quidquam innovandum cenſuerunt. Qua de re ab Annonæ Præfecto 30. Septembris 1713. editum eſt Decretum, quod exhibemus *part. II.* *Num. IX.*

Cæterùm inſequente anno 1714. cùm ſæviret adhuc peſtis, jam vertendorum agrorum in venientem 1715. tempus appetebat. Igitur Sanctiſſimus Pater, quò animos adderet agricolis ad ſtrenuam Reipublicæ operam navandam, Annonæ Præfecto mandavit, ferret opem [a] miſeris, mutuamque daret pecuniam, ſolvendique Annonæ debiti diem prorogaret. Quin etiam Pauli V. Pont. Max. Bullam motus proprii, de qua ſuperiùs, confirmavit. Deinde verò ampliavit, auxitque conceſſa jampridem agricolis beneficia ac privilegia.

Mutua pecunia data eſt aratoribus ad boves emendos.

[a] *Vide Edictum n. IV.*

Præterea laudatum jam ſuadentibus Cardinalibus conventum inſtituit, in quem Illuſtriſſimos Præſules Theſaurarium Generalem, ejuſque Commiſſarium, Annonæ, Abundantiæque Præfectos, & Archinoſocomii S. Spiritus in Saxia Præceptorem cooptavit, iiſque poteſtatem fecit præbendæ aratoribus pecuniæ mutui nomine ad glebas ſcindendas, aliaque opera ruſtica facienda in annum inſequentem 1715. Quapropter in eam rem quinquaginta ſcutatorum millia in Sacro Pietatis Monte, totidemque altera in S. Spiritus Nummulariâ Menſâ deponi: nec ullum ab agricolis pignus, ut aliàs à Paulo V. præſcriptum fuerat, expoſci juſſit; nè quid impedimento foret, quo minùs omnia quàm citiſſimè ad optatum exitum perducerentur. Delectis tamen

Nullum ab Agricolis pignus captum.

hiſce

hiſce Patribus ad Pauli V. Pont. Max. exemplum curam impoſuit exquirendi ſingulorum conditiones, neceſſitateſque, & cautiones, quas afferrent ſubſidium rogantes : quibus deinde facta ab Annonæ Præfecto poteſtate ad operas conducendas,& emendos boves pecunia ſuppeditaretur.

Quæ inſuper beneficia agricolis conceſſa.

Ad hæc Benigniſſimus Pater novum planè ac ſingulare beneficium agricolis contulit : quandoquidem iis quintam percipiendarum frugum partem deducto ſemine è Romanâ ditione extrahendi facultatem dedit, remiſſo inſuper conſueto quinque juliorum denariorum vectigali, quod Paulus V. Apoſtolico Ærario attribuerat. Neque quidquam tunc de pretio ſtatuendum putavit, ſed in præſens tempus cognitionem diſtulit, cùm ex variis rerum caſibus conſilia capienda eſſent. Hæc autem omnia fuſiùs explicata videbis *part. II.* ubi integra, quæ ad rem ſpectant exhibentur Edicta.

Vide Edicta num. XVII. & XVIII.

Qua ratione ſemétes factæ ſint.

Verùm animadvertens paulo poſt Illuſtriſſimus Annonæ Præfectus imminutum adeò boum numerum, ut deeſſent qui glebas aratro proſcinderent, nec Dominos conceſſâ ſibi pecuniâ ad novos emendos uti velle : nam decedentibus bubus, quod frequentiſſimum erat,verebantur nè ea ſibi beneficia noxæ futura eſſent;ita ſingulari,atque admirabili planè conſilio rem tot, tantiſque impeditam difficultatibus explicavit. Nimirum arationis tempus ſeſquimenſe propemodum anteverti, hoc eſt à Septembri, poſtquam egentioribus agricolis boves ſuppeditati fuiſſent, manum operi admoveri juſſit. Is autem in eâ re ordo ſervatus eſt; ut ſcilicet boum juga,quæ unum aliquem agrum excoluiſſent, ac feriari aliàs conſueſſent, cæteros etiam è veſtigio mercede conducta excolerent. Hac igitur ratione ſementes

Arationis tempus optimo conſilio præventum eſt.

ſummo

ſummo ordine factæ ſunt, atque exeunte Novembri menſe propemodum abſolutæ non minori quàm antea agrorum latitudine, eoque cum fructu, quem nemo hodie non admiratur; ut ubi in Latio bos non erat, tamen *plurimæ ſegetes* [a] *fuerint*, cùm fortitudo jugorum deſideratam multitudinem ſuppleviſſet.

[a] *Proverb. c. 14. v. 4.*

Quibus regulis exortæ lites propter bovillam peſtem inter agricolas, ac Dominos de minuendo prædiorum vectigali, & reſcindendis locationibus, aliæque inter paſcuorum Dominos, & Paſtores compoſitæ ſint.

CAP. XIV.

POſtquam hæc omnia Sanctiſſimi Patris juſſu rectè, atque ordine adminiſtrata fuerunt ad afflictas cum ruſticorum, tum Dominorum fortunas ſublevandas; ejuſdem Summi Pontificis auctoritate agitari cœpta ſunt conſilia, quibus exortæ inter prædiorum conductores, & Dominos lites tollerentur. Maxima verò, graviſſimaque de minuendo pretio, reſcindendiſque locationibus contentio exarſerat: quapropter Beatiſſimus Princeps ejuſmodi cauſas à quibuſvis judicibus avocavit, earumque cognitionem ad Illuſtriſſimos Præſules doctrinâ ſimiliter, atque exiſtimatione in Romanâ Curiâ magni nominis, tanquam ad Judices Commiſſarios rejecit. Fuerunt autem delecti Archiepiſcopus Seleuciæ Generalis Theſaurarius, Cyriacus Lancetta Sacræ Rotæ Auditor, & Nicolaus Judice Annonæ Præfectus, apud

Alia inſtituta eſt Congregatio ad dijudicandas Dominorum, & Colonorum lites.

quos adempta omni provocatione, remiſſoque litigantibus honorario, quod cauſæ cognitoribus ſententiæ jure deberent, æquo judicio res ſtatueretur. Hi ergo antequam quidquam aggrederentur, 10. Martii 1714. emiſerunt Edictum, quo agrorum, & prædiorum Dominos, Conductores, Agricolas, alioſque, quorum intererat, cujuſvis ordinis, & conditionis Romam ad cauſam dicendam, aut per ſe ſe, aut per Procuratores ſuos evocarunt. Si qui autem intrà proximos decem dies non adfuiſſent, nihilo ſecius ſe de eorum cauſâ cognituros judicaturoſque profeſſi ſunt.

Exemplar Edicti, quo citantur litigantes, exhibetur *Part. II. num. XVI.*

Demum auditis prædiorum Conductoribus, ac Dominis, decreverunt locum non eſſe reſciſſioni locationum: minuenda tamen onera iis, qui damnum cepiſſent, modò ſe æquum bonumque habere in ſingulis caſibus demonſtraſſent. Et quidem conſtabat boum interitu haudquaquam deperiiſſe prædiorum ſubſtantiam; cùm gramen integrum remaneret, quo commodè atque opportunè Conductores uti potuiſſent ad alĩus generis pecudes, equos ſcilicet, verveces oveſque paſcendas. Iis itaque rationibus magno cum Dominorum, & Agricolarum commodo lites omnes, ac negotia deciſa ſunt, aut amicè tranſacta.

Decretum non eſſe locũ reſciſſioni locationum.

Sed quoniam plerique Coloni verſutiis ſuis, ac fraudibus veritati tenebras offundere, ut fieri aſſolet, conabantur; quippe qui ſæpe numero boum exitium cauſati ſunt, nè debita jam ante peſtis initium vectigalia penderent; propterea judices accuratè diſtinxerunt tempora, ſolvendaq; ſinè ullâ controverſiâ Dominis ſtipendia repræſentari juſſerunt; cæteraſque contentiones è ſtatutis antea regulis dijudicarunt.

Quo pacto Conductorum fraudibus obviàm itum ſit.

Ad hæc ſub initium, atque in progreſſu bovillæ peſtis

peſtis non leves quoque altercationes inter paſcuorum Dominos, & paſtores armentorum exarſerunt: dum hi ineunte hyeme depulſa à montibus pecora ad mollius cœlum, tepidioraque vallium, & camporum in Latio paſcua deducerent. Illi enim ſemitarum, & tranſverſorum callium iter paſtoribus intercludebant, nè ex infectis bobus ad ſuos quoque contagio derivaretur: nec ſecus ii, qui ad mare paſcuis utebantur, longiùs inde novos, extraneoſque armentarios proturbabant; ita ut à nemine reciperentur: quod magno iſtis erat incommodo, nec minori pecoribus, ac Reipublicæ detrimento.

Lites inter Paſcuorum Dominos, & paſtores ſub hyemis initium.

Ad dirimenda autem ejuſmodi certamina decretum eſt I. ut per Conſulares vias, & quàm citiſſimè agerentur armenta, nè interiores à lateribus objectæ regiones fortè contagio polluerentur.

Quibus regulis ſublatæ ſint.

II. Si res ad concordiam adduci poſſet, ita ut paſcuorum Domini externos paſtores amicè reciperent; id quidem laudandum, neque ullo decreto opus eſſe. Quod ſi pertinaciter obſiſterent, qui latiora paſcua poſſidebant, certum in iis ſpatium determinare cogebantur, quod advenis paſtoribus mercede locarent.

Eædem porrò contentiones exeunte vere, ac per æſtatis initium in reditu ad Montana ferebantur. Sed iiſdem regulis obviàm itum eſt, liteſque compoſitæ. Hoc itaque pacto turbæ omnes in tranquillum redactæ ſunt.

Similes altercationes in reditu ad montana ſedatæ ſunt.

Bovillæ peſtis exitus intrà IX. menſium intervallum, & pecudum peremptarum Summa.

CAP. XV.

Ejuſdem peſtis remiſſio intrà ſpatium IX. menſium.

ET quoniam eò ventum eſt, ut bovillæ peſtis hiſtoriam, quod ad politico-legales cautiones, pertinet abſolverimus; non abs re fuerit ſubtexere quæ ſumma peremptarum pecudum colligi poſſe videatur. Quis enim certam omnino exploratamque mortuorum boum rationem, ubi tot fraudes, tot etiam caſus decedentium abditis in ſylvis, vallibus, ac fluminibus, habere potuit? Certum utique eſt Aprili menſe inſequentis anni 1714. acerbiſſimam cladem penitùs ceſſaviſſe novem ſcilicet menſium ſpatio, cùm ea ad nos è Campaniæ finibus Auguſto menſe præcedentis anni fuerit importata. Deus ſiquidem Summi Sacerdotis precibus ardentiſſimis exoratus recondidit in vaginam gladium, quem ad ſcelera noſtra vindicanda diſtrinxerat: itaut Majo menſe nullum uſquam hujus peſtis veſtigium appareret, quæ non integrum quidem annum Romanæ ditionis armenta populata fuerat; cùm cæteras gentes ſæviſſimè diutiſsimèque vexaverit; immo verò apud Tranſpadanos nondum extincta ſit. Quod ſanè beneficium ſingulare admodum, ac præter ſpem à nobis acceptum eximiæ Sanctiſsimi Patris pietati erga Deum, benignitati & providentiæ erga ſuos abſque dubio tribuendum eſt.

Epidemia ſæviēte quot circiter boves interierint

Summa verò abſumptarum ejuſmodi morbo pecudum novem menſium ſpatio tricies mille circiter capita

capita colligere videtur : quandoquidem eorum numerus, quæ duntaxat Illuſtriſſimo Præſuli Imperiali à XIV. Kal. Octobris, quo die hujus negotii curationem ſuſcepit, ſignificata ſunt, 26252. conficit, ut videre eſt inferiùs, ubi exactam eorum rationem exhibemus. Quòd ſi illa adnumeres, quorum interitus ab initio peſtis Abundantiæ Præfecto nuntiatus eſt, aliaque innumerabilia quæ in cenſum minimè relata ſunt, haud hercle longiùs à verò hæc ſumma aberrare videbitur.

Numerus pecudum ejuſmodi lue interemptarum, quæ ad eundem Illuſtriſſimum Præſulem Imperialem delatæ ſunt.

Summa cadaverum in ſingulis boum ſpeciebus, quæ Illuſtriſſimo Imperiali innotuerunt.

Boves agricolæ, ac jugales	8466.
Vaccæ albæ	10125.
Vaccæ rufæ	2816.
Tauri	108.
Juvenci	427.
Vetuli, atque emeriti boves	451.
Vituli	2362.
Vituli ex bubalis orti	635.
Bubali tam feminæ, quàm mares	862.
Summa	26252.

PAR-

PARTIS PRIMÆ ANACEPHALÆOSIS.

Propoſitum hujus Operis.

NIſi tandem hujus hiſtoriæ exitum perſcribamus, haudquaquam perſpicuè docebimus poſteros (quorum gratia laborem ſuſcepimus) quænam ex allatis præſidiis proſperè ceſſerint, eventuque ipſo comprobata ſint, quænam ſecus: ut, ſi quando opus fuerit, opportunioribus uti poſſint: hunc enim fructum ex ejuſmodi opere perceptum iri ſperavimus. Non ingratum itaque Lectoribus nos facturos arbitramur, ſi coronidis loco ſummam, ac ſpicilegium faciamus eorum, quæ huc uſque ſparſim à nobis aut enarrata, aut prætermiſſa, aut leviter duntaxat adumbrata fuerunt.

Quoniam igitur à bovillâ peſte hæc infortunia timebantur.

Mala, quæ ex bovilla contagione ortum habent.

I. Pernicies armentorum omnium.

II. Hominum peſtilentia ex cadaverum ſanie, ac fœtore.

III. Carnium penuria.

IV. Difficultas citò reparandæ cladis armentorum.

V. Demum Annonæ caritas.

Sublato commercio peſtis inhibita.

Primo quidem ſeveriſſimis legibus obviàm itum eſt, quibus mutua ſocietas, & commercium cum infectis regionibus, & bubilibus interdicta ſunt: atque adeò hercle profectum, ut non ſolùm multæ Eccleſiaſticæ ditionis provinciæ, verùm etiam non pauca in Latio, ubi debacchata eſt lues, armenta communi calamitate fuerint intacta.

Secun-

Secundo autem proviſum eſt ſummâ ſedulitate, ac diligentiâ quàm citiſſimè, altiſſimèque ſepeliendo cadavera. Nam pellium, adipiſque detractio præterquam quòd latiùs mali ſemina ſpargit, in cauſâ eſt, ut diutiùs cadavera in aëre detineantur; qui proinde putidis, infeſtiſque vaporibus contaminatur. Id itaque celerrimè comburendo, aut ſepeliendo, aut in altum mare eadem deportando vitatum eſt.

Celeriter ſepultis boum cadaveribus cautum eſt nè in homines peſtis invaderet.

Quod ad tertium attinet, nemo propemodum carnium ſenſit penuriam, caritatemve: agebantur enim ex Umbriâ, & Cornetanâ regione boves, quorum magna quoque vis in Latio peſtem effugerat: tum ingens præter ſolitum fuit agnorum, & vervecum copia, quorum greges extra omnem periculi aleam poſitæ fuerunt.

Ut carnium penuria devitata fuerit.

Quarto. Mirum ſanè eſt, ut extinctâ peſtilentiâ confluxerint undique armenta ad exhauſta bubilia frequentanda: ita ut nihilo nunc minor, quàm antea bubuli pecoris multitudo campos, prataque noſtra depaſcatur. Etenim non ſolùm finitimæ gentes multo plures quam antea boves in Latium compulerunt; quod ubiq; locorum, in quibus mercium penuriâ laboratur, uſu venire ſolet: edictum quoque ſapienter fuerat, nè vitulæ anniculæ cæderentur; immo verò ut certus vitulorum numerus ſingulis in armentis educaretur.

Vt iterum bubilia armentis frequentata.

Quinto. Diligentiſſimè ſementes factæ, præſtantiſſimoque prævertendæ arationis conſilio annona ſervata eſt; ita ut in Agro Romano tantâ ſtrage perculſo vilior longè ſit, quàm in Piceno hoc, quo ſcribimus anno 1715. cùm tamen ea regio bovillæ calamitatis expers fuerit.

Antevertendo arationis tempus ſementes factæ, ut antea.

His ergo rationibus in eum locum res deducta eſt, ut nihil, Deo bene juvante, timendum ſuperſit.

Qua

Laudes Summi Pontificis,& Miniſtrorum.

Qua in re ſingulariter eluxit Sanctiſſimi Principis non modò prudentia, ac perſpicacitas penè divina; verùm etiam ſumma benignitas, ac liberalitas in ſubjectos ſibi populos; quos ut è fati propè faucibus eripuit depulſâ contagione, ac re frumentariâ reſtitutâ; ita tot, tantiſque beneficiis cumulavit, ut nullo unquam tempore majora, aut paria fuerint deſideranda. Neque merita laude fraudandi ſunt Eminentiſſimi Patres, Illuſtriſſimique Præſules, qui incredibili vigilantiâ, ſtudioque tantarum rerum adminiſtrationi præfuerunt.

Malorum metus diligentiores nos facit, ac ſervat.

Illud verò minimè reticendum, ſed poſterorum memoriæ commendandum videtur; multa ſcilicet, quæ in conventibus propoſita, digeſta, ac decreta fuerant, quanquam tunc ſaluberrima exiſtimarentur, tamen ipſa faventibus ſuperis locum non habuiſſe. Quod quidem etſi mirum nonnullis videri poſſit; eo nihilominus edoctus ſum rem ſanè, quam paſſim cum in Civilibus, tum in Medicis negotiis veriſſimam comperi: ſcilicet minora ſemper nobis obvenire mala, quæ opportunè, ſolicitèque formidavimus. Timor enim aſſiduè vigiles, cautos, & in conſiliis capiendis diligentiores nos facit; quàm cum nimiâ confidentiâ in rebus agendis ignavè, improvidèque verſamur. Eſt enimvero præſentior Deus diligentibus, negligentibus abeſt, ut de Vineæ Dominicæ culturâ ajebat [a] Ambroſius.

[a] *Homiliar. lib. 9. in cap. 20. Lucæ.*

DIS-

DISSERTATIONIS HISTORICÆ DE BOVILLA PESTE PARS II.

In qua continentur Edicta ad contagionem, & rem frumentariam pertinentia.

PROOEMIUM.

QUANDOQUIDEM hujuſce contagionis hiſtoriam, ac rerum geſtarum ſeriem quantâ maximâ potui diligentiâ atque accuratione pertexui; partitionis ratio, quam hujus operis initio propoſui, nunc poſtulat, ut Summi Pontificis, Sacræque Conſultæ, ac Miniſtrorum Sanctiones atque Edicta, quæ carptim pro re natâ ſuperius attigi, hoc loco integra, iiſdemq; quibus concepta ſunt, verbis adſcribam. Et quidem hanc operam Poſteris noſtris fructuoſiſſimam fore cenſeo, ut, ſi quando ſimilis clades in eorum tem-

pora inciderit (quod omen DEUS Opt.Max.in Christianæ, & Catholicæ Religionis hoſtes avertat) hæc ſibi Decreta veluti exempla propoſita habentes, iſtinc aut extinguendæ luis, aut propulſandæ penuriæ rationes, remedia, ac certiſſima documenta poſſint repetere. Licèt enim illa in Romanâ ditione ingentem ſtragem ac vaſtitatem fecerit, nihil eſt tamen, quod eam cum cæterarum regionum calamitate contendas, ſive peſtis acerbitatem, acceptumque detrimentum, ſive temporis diuturnitatem ſpectes: ſiquidem nec bonarum carnium inopiâ, nec frumentorum caritate laboratum eſt. Haſce nimirum incredibiles, ut tum erant tempora, felicitates Romano Populo attulerunt in primis diuturnæ preces Sanctiſſimi Principis, deinde indefeſſa vigilantia, & paterna benignitas: hic fuit ſapientiſſimorum ejuſmodi decretorum, eorumque obſervantiæ fructus, hæc utilitas aliis omnibus anteferenda. Non immeritò igitur hìc eadem ſub unum conſpectum damus; & ſanè non ſolùm eo temporis, & argumentorum ordine digeſta, quo edita fuerunt; verùm etiam vernaculo impreſſa ſermone, quo primùm concepta ſunt, nè quidquam immutetur: præſertim cùm Italica lingua exteris penè omnibus latinè ſcientibus facillimè intelligatur, & nemo ferè inter eruditos ſit, qui ejuſdem ſcientiam ſoleat prætermittere. Ac primò quidem, cùm ea jam propoſuerimus Par.I. Cap.IV. quæ ad opem divinam implorandam à Sanctiſſimo Patre peracta fuerunt, exſcribemus modò quæ ab humanâ potiſſimùm prudentiâ, & charitate Pontificis petita ad arcenda, aut vitanda contagii mala contulerunt. Secundò autem, quæ ad reſtituendam etiam rem frumentariam, & agrorum cultum ex Principis maximâ liberalitate profluxerunt.

Inter-

Interdicitur nè ex lue notatis Provinciis boves Romam adducantur.

Num. I.

EDITTO.

FABRIZIO del titolo de'SS. Giovanni, e Paolo, della Santa Romana Chiesa Prete Cardinal Paulucci.

Dilatandosi sempre più secondo gli accertati rincontri, che se ne hanno, l'influenza del mal Bovino in varii luoghi della Provincia di Marittima, e Campagna, la Sacra Consulta, che sopraintende alle materie di Sanità per impedire che sì orribile flagello non abbia più funesti progressi, dopo aver fatta matura riflessione a' provedimenti necessarii da prendersi in un affare di tanta importanza, con l'approvazione della Santità di Nostro Signore ordina, e vuole per mezzo del presente Editto che nessuna persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione, & in qualsisia modo privilegiata, & esente, ancorche Ecclesiastica, Secolare, e Regolare trasporti, o faccia trasportare dalla sudetta Provincia di Marittima, e Campagna, compresovi anche i Luoghi Baronali, Bestie Bovine, Vaccine, e Vitellame in Roma sotto pena della perdita del Bestiame, & altre corporali da estendersi secondo la qualità de i casi, e delle circostanze sino alla Galera perpetua quanto agli Ecclesiastici di sopra mentovati, & anche alla Vita quanto a i Laici. Anzi per maggior sicurezza sì di Roma, che degli altri Luoghi, i quali sono immuni dalla medesima influenza, ordina parimente, e vuole che nessuna delle

perſone di ſopra eſpreſſe muova, o faccia muovere ſenza licenza di eſſa Sacra Conſulta, o di Monſignor Preſidente della Graſcia detti Animali eſiſtenti nell'accennata Provincia di Marittima, e Campagna da i Paſcoli de i Territorii, dove preſentemente ſi trovano ſotto le già enunciate pene, le quali nell'iſteſſa maniera s'incorreranno da chiunque terrà mano, e cooperarà che dette Beſtie s'introduchino in Roma, o che ſi muovino dai Paſcoli di quei Territorii, ne i quali adeſſo ſi trovano. E perche ſi può temere che li Bovari, Buttari, e Cuſtodi, che aſſiſtono alla cura, e governo delle Beſtie infette, andando, o paſſando ne i luoghi, ove ſono le ſane, poſſino communicare l'infezzione alle medeſime, non dovrà alcuno di loro ſotto le pene comminate, come ſopra, muoverſi, o partire dalle Mandre, che governa, per trasferirſi alle ſane, ſiccome quelli, che aſſiſtono alle Mandre ſane non dovranno in modo alcuno trasferirſi all'infette ſotto qualſiſia preteſto, o colore, per ritornare poi al luogo d'onde ſono partiti. E complendo finalmente alla publica ſalute nel corrente emergente della ſudetta influenza avere eſatta notizia d'ogni accidente, e male, che poteſſe ſopragiungere agli Animali ſudetti eſiſtenti nelli Procoi, o Mandre della Campagna di Roma, la medeſima Sacra Conſulta ordina, e comanda a tutti i Padroni, Paſtori, e Cuſtodi de' medeſimi d'invigilare con ogni attenzione, & oculatezza ſopra la ſalute di detti Animali, e ſcuoprendo a queſti qualche male, farne ſubito conſapevole l'iſteſſa Sacra Conſulta, o Monſignor Preſidente della Graſcia ſudetto, avvertendo che in caſo di contravenzione, anche di ſemplice ommiſſione incorreranno nelle pene, come ſopra, nè gioverà a' Padroni allegare ſcuſa, o ignoranza alcuna, con dichiarazione che il preſente Editto publicato in Roma, e ne' luoghi ſoliti abbia l'iſteſſa forza, come ſe foſſe publi-

cato

cato in qualunque Luogo dello Stato mediato, & immediato, e che astringerà ciascheduno, come se gli fosse stato personalmente intimato. Dato in Roma li 16. Agosto 1713.

F. Cardinal Paulucci.

A. Banchieri Secretario.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Jacobum Vasellum SS. D. N. Papæ Curs.

Antonius Placentinus Magister Cursorum.

IN ROMA, Nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica, MDCCXIII.

Mor-

Mortuorum boum pelles, aut carnes vendi prohibentur, mandaturque ut integra cadavera ſepeliantur.

Num. II.

EDITTO.

FABRIZIO del titolo de' SS. Giovanni, e Paolo, della Santa Romana Chieſa Prete Cardinal Paulucci.

LA Sacra Conſulta, che ſopraintende alle materie della Sanità, riflettendo a tutti gli accidenti, che poſſono eſſere di detrimento alla publica ſalute, e particolarmente al grave pregiudizio, che può apportare alla medeſima il fetore, che naſce non ſenza pericolo d'infezzione d'aria da i cadaveri inſepolti degli Animali Bovini, che muojono della corrente morboſa influenza, com'anco il permettere che ſiano vendute, e mangiate le carni di tali Animali, e volendo a ciò dare opportuno provedimento con l'approvazione della Santità di Noſtro Signore col mezzo del preſente Editto ordina, e comanda che neſſuna perſona di qualſivogli aſtato, grado, e condizione, & in qualſiſia modo privilegiata, & eſente, ancorche Eccleſiaſtica, Secolare, e Regolare ſotto le pene corporali da eſtenderſi ſecondo la qualità, e circoſtanze de' caſi ſino alla Galera perpetua quanto agli Eccleſiaſtici, e della Vita quanto a i Laici, ardiſca tanto in Roma, come in tutti i Luoghi, ove preſentemente regna tal morboſa influenza, di ſcorticare, o far ſcorticare i cadaveri degli Animali Bovini morti di ſimil male, e di conſervare le Pelli delli medeſimi, e molto meno permettere, che ſian vendute, e mangiate le loro carni;

ma

ma vuole che ſubito morti che ſaranno tali Animali, ſi debbano dai Padroni, Bovari, e Cuſtodi de' medeſimi ſepellire, e far ſepellire immediatamente intieri, e ſenza detrarne coſa alcuna in foſſe profonde ricoperti con calce; nè gioverà a' Padroni degli Animali in caſo di contravenzione allegare ſcuſa, o ignoranza alcuna della morte delli medeſimi per non incorrere nelle pene comminate, come ſopra, dovendo incaricare a i Bovari, Buttari, e Cuſtodi ogni vigilanza, & attenzione per l'effetto ſudetto, avvertendo, che trovandoſi inſepolti i cadaveri di dette Beſtie, ſi procederà anche contro i Vicini alle pene corporali ad arbitrio dell'iſteſſa S. Conſulta, parimente ſecondo la qualità de' caſi da eſtenderſi fino alla Galera in perpetuo, per non aver data ſubito la denuncia all' iſteſſa Sacra Conſulta, o a Monſignor Preſidente della Graſcia. Con dichiarazione che il preſente Editto publicato in Roma ne' luoghi ſoliti abbia la medeſima forza, come foſſe publicato in qualunque Luogo dello Stato Eccleſiaſtico mediato, & immediato, e che aſtringerà ciaſcheduno, come gli fuſſe ſtato perſonalmente intimato. Dato in Roma li 23. Agoſto 1713.

F. Cardinal Paulucci.

A. Banchieri Segretario.

Die, Menſe, & Anno, quibus ſupra, ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Ludovicum Capellum SS. D. N. Papæ Curſ.

Antonius Placentinus Magiſter Curſorum.

In ROMA, nella Stamperia della Rever. Camera Apoſtolica, MDCC XIII.

Inter-

Interdicuntur Nundinæ Boum, & Vitulorum.

Num. III.

EDITTO.

FABRIZIO del titulo de' SS. Giovanni, e Paolo, della Santa Romana Chiesa Prete Cardinal Paulucci.

PEr non tralasciare nella corrente morbosa influenza insorta negli Animali Bovini alcuna di quelle precauzioni, che possono preservare quelli, che ne restano finora illesi, si è risoluto dalla Sacra Consulta con l'approvazione della Santità di Nostro Signore di proibire con il presente Editto, che alcuna persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione si sia, ancorche Ecclesiastica, Secolare, e Regolare, & in qualunque altro modo privilegiata, & esente possa nell'imminenti Fiere di Grotta Ferrata, e Casa a Mare portare, o far portare, & introdurre Animali Bovini, Bestie Vaccine, o Vitelame sì in dette Fiere, che in vicinanza delle medeme, tanto per farne vendita, che per qualsivoglia altro pretesto, sotto le pene corporali da estendersi secondo le qualità, e circostanze de' casi alla Galera perpetua quanto agli Ecclesiastici, & alla Vita quanto a i Laici, oltre alla perdita del Bestiame in caso di contravenzione. Con dichiarazione che il presente Editto publicato in Roma ne' luoghi soliti abbia la medesima forza come fosse publicato in qualunque Luogo dello Stato Ecclesiastico mediato, & immediato, e che astringerà ciascheduno,

duno, come gli fusse stato personalmente intimato.
Dato in Roma 30. Agosto 1713.

F. Cardinal Paulucci.

A. Banchieri Segretario.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Ludovicum Capellum SS. D. N. Papæ Curs.

Pro D. Mag. Curs. Sebastianus Vasellus.

In ROMA, nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica, M DCC XIII.

Rursus Bovillæ Nundinæ prohibentur.

Num. IV.

EDITTO.

FABRIZIO del titolo de' SS. Giovanni, e Paolo, della Santa Romana Chiesa Prete Cardinal Paulucci.

Riconoscendosi sempre più quanto nella corrente morbosa influenza degli Animali Bovini contribuisca la preservazione de i sani il tenerli lontani, e separati da quelli, che sono infetti, o sospetti d'infezzione, e considerandosi che il trasporto di questa specie d'Animali da un Paese all'altro in occasione di Fiere rende necessaria la communicazione de i primi con i secondi, e conseguentemente indispensabile l'infezzione di tutti, la Sacra Consulta, che sopraintende alle materie di Sanità con l'approvazione della Santità di Nostro Signore per mezzo del presente Editto espressamente proibisce, che alcuna persona di qualunque grado, stato, e condizione che si sia, ancorche Ecclesiastica, e Regolare, e in qualsivoglia altro modo privilegiata, & esente nell'imminenti Fiere di Farfa, della Madonna della Quercia di Campitelli, e di S. Eustachio nella Terra di Poli introduca, o faccia introdurre Animali Bovini, Bestie Vaccine, e Vitellame, non solo in dette Fiere, ma nè anco in vicinanza delle medesime, tanto per farne vendita, quanto per qualsivoglia altro pretesto sotto le pene corporali da estendersi secondo la qualità, e circostanze de' casi alla Galera perpetua quanto agli Ecclesiastici, & alla Vita quanto a i Laici, oltre alla perdita del Bestiame in caso di contravenzione. Con dichiarazione, che

che il presente Editto publicato in Roma ne' Luoghi soliti abbia la medema forza, come fusse publicato in qualunque Luogo dello Stato Ecclesiastico mediato, & immediato, e che astringerà ciascheduno come gli fusse stato personalmente intimato. Dato in Roma li 2. Settembre 1713.

F. Cardinal Paulucci.

A. Banchieri Segretario.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Ludovicum Capellum SS. D. N. Papæ Curs.

Pro D. Mag. Curs. Sebastianus Vasellus.

In ROMA, nella Stamperia della Rever. Camera Apostolica, M DCC XIII.

Num. V.

Formula remediorum, quæ utilia quidem deprehenſa ſunt priuſquam morbus peſtilens evaſiſſet; poſtea verò irrita fuerunt. Hîc autem afferuntur, ut ſi quando benignior ægritudo recurreret, uſui eſſe poſſint.

Eſſendoſi avuta notizia, che in varj Luoghi dello Stato Veneto di Terra Ferma, e del Mantovano ſiano ſtati uſati con molto profitto gl'infraſcritti Rimedj, e Preſervativi ſomminiſtrati alle Beſtie Bovine, ed altre dall' unghia bipartita in occaſione della morboſa Influenza ne' detti Animali colà inſorta, ſi è ſtimato che ſiano communi al Publico tali Preſervativi; acciochè in qualunque luogo inſorgeſſero ſimili mali, poſſa ogn'uno aver notizia de' Rimedj, che ſono ſtati uſati con profitto delle Beſtie inferme.

Rimedio per preſervare gl'Animali Bovini.

Ma perchè si è osservato che non ostante un contrasegno specialissimo del paterno Amore di Sua Santità dato a' suoi Sudditi coll' esentare dalla spesa della sepoltura i poveri, & i più bisognosi, sicome quelli, che per le troppe perdite fatte meritano compatimento a distinzione delli altri Principati, ne' quali le paghe degli stessi Commissarii vanno a carico de' Popoli, e di quello, che si è praticato altre volte in questo Stato istesso in casi simili; non si danno le dovute denuncie, e si gettano li Animali morti ne' fossi, e specialmente nel Tevere, con levare loro il Merco, acciò non possa riconoscersi il Malfattore; così per maggiormente provedere ad un sì fatto disordine pregiudicialissimo al ben pubblico, ci ha la Santità di Nostro Signore commandato di dare l'impunità a qualunque Bifolco, Buttaro, Lavoratore, Custode, e Capovaccaro, che d'ordine del suo Principale averanno commesso, o commetteranno in avvenire simile mancamento, purchè avuta notizia di questo Editto vengano puntualmente a manifestarci l'errore commesso, con accordare in oltre a' medesimi venti scudi di ricompensa sopra a quelle pene pecuniarie, alle quali ci riserviamo di sottoporre i Delinquenti, oltre alle altre già enunciate nel prefato nostro Editto de 30. di Settembre; qual premio di venti scudi da prendersi da Noi come sopra dichiariamo che conseguiranno ancora tutte quelle persone, che denunciaranno Animali morti, e non denunciati, gettati in fossi, marrane, e Tevere, lasciati senza Merco, mutilati in qualche parte, scorticati, overo sepolti contro le regole prescritte, con promessa inviolabile di essere tenuti segretissimi; avvertendo ogn' uno che il presente Edi to affisso che sarà, e pubblicato in Roma ne' luoghi soliti averà la medesima forza, come se fosse stato pubblicato in qualunque luogo dello Stato Eccle-

Eccleſiaſtico mediato, & immediato, & aſtringerà ciaſcheduno, come ſe gli ſi foſſe perſonalmente intimato. Dato in Roma queſto dì 31. Ottobre 1713.

G. Imperiali Chierico di Camera, e Preſidente delle Strade.

Franceſco Nicola Orſini Notaro.

Die, menſe, & anno, quibus ſupra, ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Petrum Paulum Sperellum Illuſtriſs. Tribun. Viarum Mandatarium.

IN ROMA, Nella Stamperia della Reverenda Camera Apoſtolica MDCCXIII.

Pro-

Prorogatur Edictum de faciendâ Semente, deque vaccarum albarum numero in censum referendo.

Num. XIII.

BANDO, E PROROGA

Sopra le Sementi da farsi, & Assegne delle Massarie di Vacche Bianche.

GIO: BATTISTA SPINOLA Prete Cardinal di S. Cesareo della S. R. C. Camerlengo.

Doppo essersi fatta avere ogni più puntuale esecuzione agl' ordini, che dalla paterna Carità, e vigilanza di Nostro Signore replicatamente furono dati ad oggetto di rendere meno sensibili a' suoi Sudditi le correnti calamità: Ha riconosciuto la Santità Sua con suo particolar compiacimento come effetti delle sue incessanti premure essersi abbondantemente provveduti, e continuamente provedersi di grano a misura delle richieste, e del bisogno non solo tutti quelli Agricoltori, che seminano nell' Agro Romano; ma distintamente tutti gl'altri, che da luoghi anche remoti, ed insoliti sono ricorsi per ajuto a Monsig. Prefetto dell' Annona, come apparisce dalle note, e giustificazioni del grano distribuito da pertutto; essersi accordate nuove dilazioni a tutti li debitori dell' Annona bisognosi così in Grano, come in danaro; essere stati soccorsi con nuove rilevanti somme quelli, che impegnati in grosse sementi non havevano a cagione de' danni sofferti danaro sufficiente per perfezionarle, e ciò non come per l'addietro, ma senza

il

il minore intereſſe , & aggravio loro ſupplendoſi con ciò all'obbligo naturale de' Padroni delle Tenute , che ſpecialmente riſentono il beneficio delle Culture de' proprii Terreni ; eſſerſi finalmente impegnata ad ogni richieſta l'autorità anche eſteſa da Sua Beatitudine all'iſteſſo Monſig. Prefetto dell'Annona per ottenere da pertutto ciò che loro più conveniva , a fine o di togliere gl'impedimenti, che ricevevano gl'Agricoltori nel dover ſeminare, o di agevolare i loro lavori .

Ciò non oſtante non contenta la Santità Sua di queſte nuove, e non mai praticate diſpoſizioni con tanta beneficenza ed eſtenſione , deſideroſa ſempre più che ſperimentino gl'Agricoltori in qualunque contingenza gl'effetti del Suo paterno amore , e della ſua continua ſollecitudine per il pubblico , e privato bene , ſi è degnata ordinare ſi proroghi a tutto il corrente meſe di Novembre la facoltà di ſeminare per conto proprio a tutti quelli Agricoltori , che avendo fatta la rinunzia negl' Atti delle loro ſementi, meglio conſigliati deſiderando poi di perfezionarle (come accade) non poſſono praticarlo , eſſendo ceſſata loro ogni azione ſopra le medeſime , reſtando in facoltà di Monſig. Prefetto dell' Annona di concederle ad altri a tenore delle diſpoſizioni del Bando pubblicato il dì 30. di Settembre proſſimo paſſato: e ciò perchè con evidenza maggiore ſi riconoſca che il fine de' provedimenti emanati non riſguardava , nè riſguarda che la ſicurezza di doverſi ſeminare le Campagne, e non mai o convenienza particolare dell'Annona, o preteſto per gratificare altri .

Inoltre comanda la Santità Sua ſi accordi, e proroghi ancora il termine preſiſſo a tutti quelli, che devono dare le Aſſegne delle loro Maſſarie di Vacche Bianche, volendo Sua Beatitudine che per loro maggior commodo , e ſenza incorrere nelle pene comminate nel Bando pubblicato

cato il dì 25. Settembre proſſimo paſſato ſu queſto propoſito, poſſano eſeguirlo in tutto il meſe di Novembre corrente, ordinando però ſi pratichi con tutta la neceſſaria eſattezza dentro queſto nuovo termine, dovendoſi portare le Aſſegne o in mano di Monſig. Prefetto dell'Annona, o al Notaro di Camera Galoſi, non ſuffragando loro l'avere portate ad altri le note, convenendo che il ſudetto Monſig. Prefetto rimanga preciſamente informato della quantità, e qualità delle Maſſarie ſudette per il buon, e miglior regolamento dell' Arte agraria.

Noi intanto per l'autorità del noſtro uffizio di Camerlengo pubblicando gl'ordini datici a bocca dalla Santità Sua avvertiamo ogn'uno, che ſi approfitti delle proroghe benignamente accordate da Sua Beatitudine con la puntuale oſſervanza però di quanto in eſſe ſi preſcrive; dovendo il preſente Editto doppo che ſarà ſtato affiſſo, e pubblicato nelli luoghi ſoliti giovare a tutti, & aſtringere reſpettivamente ciaſcuno, come ſe perſonalmente foſſe ſtato intimato. Queſto dì 4. Novembre 1713.

V. N. Giudice Prefetto dell'Annona.

Gaſpar Turchi Commiſſario Gener.

Domenico Antonio Galoſi Segr. della R.C.A.

Die, menſe, & anno, quibus ſupra, ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Bartholomæum de Camillis SS. D. N. Papæ Curſ.

Antonius Placentinus Mag. curſ.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. MDCCXIII.

Subſi-

Subsidii spe invitantur Agricolæ ad proscindendas glebas ineunte Martio anni insequentis 1714.

Num. XIV.

EDITTO,

Per la Cultura de' Campi, e Rompitura de' Terreni nel futuro Marzo.

Gio: Battista Spinola Prete Cardinale del titolo di San Cesareo della Santa Romana Chiesa Camerlengo.

BEnche *le precauzioni opportunamente prese con gli ordini già pubblicati per comandamento di Nostro Signore habbino prodotto tutto il desiderato buono effetto, rimanendo quasi perfezionate, & accresciute le sementi della presente stagione in tanta quantità sì nell' Agro Romano, come in tutto il Distretto, e vicine Provincie non ostante le correnti calamità, e stravaganze de' tempi, che può sperarsi con la Divina assistenza un Raccolto superiore a quello dell' Anno scorso; e ciò col mezzo degli ajuti somministrati per comandamento anche espresso di Sua Beatitudine a tutti gli Agricoltori bisognosi, proveduti a misura delle loro indigenze di grano e di denaro, tolerandosi in oltre li loro debiti con l' Annona, e facilitandogli si tutti i mezzi per supplire al danno sofferto nella mortalità de' Bovi aratorii; tuttavia la Santità Sua continuando verso li medesimi Agricoltori quella paterna Carità, con la quale li ha finora riguardati, e dubitando che la mancanza de' Bovi Aratorii morti nella corrente influenza possa disanimare e difficultare loro rispettivamente in avvenire il prose-*

guimento della Cultura de' Campi; a fine di prevenire questo grave e possibile disordine si è degnata ordinare s'invitino tutti a rompere nel futuro Marzo quelli Terreni, che dovranno poi seminarsi secondo il solito nell' Autunno del 1714. *così nell' Agro Romano e suo Distretto, come nelle vicine Provincie, e specialmente di Marittima, e Campagna, offerendo loro tutta l'assistenza, & ajuto, anche in denaro, che sarà somministrato da Monsignor Prefetto dell'Annona per erogarlo nella necessaria provista de' Bovi, & altri Animali, che possino servire per la rottura de' Terreni, secondo la qualità, & impiego delle Persone, e secondo le circostanze de' casi da considerarsi da detto Monsignor Prefetto dell'Annona, di cui sarà cura l'usare quei modi, onde gli Agricoltori se ne possino opportunamente provedere.*

Inherendo Noi dunque a questo nuovo provido pensiero di Sua Beatitudine, speriamo che ogn'uno sia per fare dal canto suo tutto ciò che gli sarà permesso dalle proprie forze, cooperando in tal forma al pubblico e privato beneficio per rendersi più meritevole di questa, & altre Grazie che potrà conseguire dalla somma beneficenza di Sua Beatitudine. Dato in Roma questo dì 9. *Decembre* 1713.

V. N. Giudice Prefetto dell'Annona.
Gaspar Turchi Commissario Generale.
Domenico Antonio Galosi Segr. di Camera.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Bartholomæum de Camillis SS. D. N. Papæ Curs.
Antonius Placentinus Mag. Curs.

In ROMA, nella Stamp. della R. Cam. Apost. 1713.
Juben-

Jubentur Agricolæ profiteri numerum frumenti ac frugum, quem in Agro Romano ſeverint ſuperiore anno 1713. *quotque jugera excolere deſtinarint pro meſſe ſequentis anni* 1714.

Num. XV.

EDITTO,

Sopra l'Aſſegne de' Grani, e Biade ſeminate nel Diſtretto di Roma l'anno ſcorſo 1713. E delli Terreni, che ſi doveranno rompere per la ſementa futura del preſente anno 1714.

Gio: Battiſta Spinola Prete Cardinale del titolo di S. Ceſareo della S.R.C. Camerlengo.

DEſiderando la Santità di Noſtro Signore accertarſi della quantità de' Grani, e Biade ſeminati nell' anno ſcorſo 1713. *per la Raccolta del corrente anno* 1714. *ſicome anco delli Terreni che doveranno romperſi per poi ſeminarſi per la Raccolta, del* 1715. *acciò Sua Santità poſſa opportunamente provedere alli biſogni del ſuo Stato, & augumento dell' Arte dell' Agricoltura. Noi d'eſpreſſo ordine di Sua Beatitudine datoci a bocca, e per l'autorità del noſtro Uffizio di Camerlengo di Santa Chieſa col preſente Editto ordiniamo e comandiamo a tutte e ſingole Perſone sì Eccleſiaſtiche, che Secolari, Cittadini e Contadini, di qualſivoglia ſtato e condizione, Monaſterii, Hoſpedali, & altri Luoghi Pii debbano dentro al termine di cinque giorni dopo la pubblicazione del preſente Editto in ciaſcuna Città, Terre, Caſtelli, Caſali, e altri Luoghi del Diſtretto di Roma, tanto mediatamente, quanto immediatamente ſoggetti alla*

Santa Sede, cioè dentro lo ſpazio di quaranta miglia attorno haver dato vera e reale nota, deſcrizione, & aſſegne di tutta la quantità de' Grani, e Biade che ciaſcuno di loro haverà ſeminato in qualſivoglia Luogo, e Territorio nell'anno ſcorſo 1713. *per la Raccolta del corrente anno* 1714. *come anco delli Terreni che ciaſcuno di loro vorrà rompere, o è obligato di rompere in virtù degli affitti per la futura ſementa del corrente anno* 1714. *per la raccolta del* 1715. *qual nota & aſſegna da ciaſcuno ſi dovrà fare in ſcriptis in mano de' Governadori, Podeſtà, & altri Superiori, quali haveranno carico di pubblicare il preſente Editto con eſpreſſione della quantità de' Grani, e Biade ſeminati, e ſpecificazione de' Terreni e Luoghi dove ſon poſti, ſotto pena di cinquanta ſcudi per ciaſcheduno da applicarſi alla Camera Apoſtolica.*

Et ordiniamo a detti Governatori, Podeſtà, & altri Superiori ſudetti, che uſino in ciò ogni eſquiſita diligenza, & havute dette aſſegne ſubito le debbano indrizzare, e mandare a Monſignor Prefetto dell' Annona.

Volendo & ordinando, che il preſente Editto pubblicato che ſarà ne' luoghi ſoliti di dette Città, Terre, Caſtelli, & altri Luoghi del ſudetto Diſtretto, vaglia, & aſtringa ciaſcuno come ſe li foſſe ſtato intimato in perſona. Dato in Roma nella Camera Apoſtolica queſto dì 23. *Gennaro* 1714.

V. N. Giudice Prefetto dell'Annona.

Gaſpar Turchi Commiſſario Generale.

Domenico Antonio Galoſi Secr. della R.C.A.

In ROMA, nella Stamperia della Rev. Camera Apoſtolica, M DCC XIV.

Citan-

Citantur Agricolæ, ſive Conductores, ac Domini ad dicendam cauſam de reſcindendis locationibus, minuendoque vectigali prædiorum.

Num. 16.

EDICTUM CITATORIUM.

Joannes Patritius Archiepiſcopus Seleuciæ SS. D. N. Papæ, & Rev. Camerę Apoſtolicę Theſaurarius Generalis, Cyriacus Lancetta Sac. Rotæ Auditor, & Nicolaus de Judice Camerę Apoſtolicę Clericus, & Annonę Prefectus Judices Commiſſarii à Sanctiſſimo deputati.

NOverint univerſi, & ſinguli has præſentes viſuri, lecturi, legique pariter audituri, quòd cùm Sanctiſſimus in cauſis ſuper reſciſſione contractuum, atque defalchis ob notam mortalitatem Animalium inter Agricolas, & Mercatores, aliosque intereſſe habentes, ac Dominos Patronos Caſtrorum & Tenutarum, alioſque pariter intereſſe habentes vertentibus, ſeu verſuris ad petitionem & inſtantiam eorundem Mercatorum, aliorumque litis &c. Nos in Judices deputaverit cum ſpeciali commiſſione Sanctitatis Suæ manu ſignatâ tenoris ſequentis videlicet: Romana: Beatiſſime Pater, Agricolæ, & Mercatores Vaccinarum, aliique intereſſe habentes devoti S. V. Oratores non valent amplius ſuſtinere Affectus Caſtrorum, Tenutarum, & aſportationis fenorum per ipſos conductarum in Agro Romano, & Diſtrictu, neque eiſdem uti, ac frui ob peremptionem majoris

joris partis Animalium causâ illorum pestis de anno præterito in præfatis locis, aliis Provinciis tam Status Ecclesiastici, quàm exterarum Ditionum grassatæ, de quibus propter continuationem ejusdem morbi, eorumque inopiam justè timent, nec valent sibi aliunde providere, & nihilominus Domini dictorum Castrorum, & Tenutarum eos vexant, & vexare sese jactant pro illarum Affictibus, partim coram A.C., & partim in aliis Urbis Tribunalibus, in quibus possunt super rescissione illorum contractuum, & respectivè defalchis oriri Sententiæ contra Sententias in grave detrimentum ipsorum Oratorum, quorum valde interest pro eâdem re, & causâ non vexare, neque jura, & exceptiones ferè omnibus communes tueri coram tot diversis Judicibus; Supplicant propterea iidem Oratores humiliter S. V. quatenus dignetur causam, & causas hujusmodi coram quibusvis vestræ Romanæ Curiæ Judicibus promotas, & promovendas in Statu, & terminis, in quibus reperiuntur omnes ad se avocare & unire, illasque sic avocatas ac unitas unà cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, & emergentibus annexis connexis, totoque negocio principali, clausula quam, & quas, &c. Congregationi particulari RR. PP. Thesaurarii Generalis, Lancettæ, & de Judice per rescriptum Sanctitatis Vestræ in calce supplicis libelli eorumdem Oratorum deputata audien. cognoscen. & deciden. fineque debito terminan., tam per Sententias & Decreta universalia, quàm particularia in singulis controversiis & causis, ita tamen, ut per diffinitionem unius non cesset, neque expiret eorum jurisdictio quoad alias summariè, sinè strepitu, ac figurâ judicii de plano, ac solâ facti veritate inspectâ, omni & quacumque appellatione, recursu, ac revisione penitùs remotis privativè quoad omnes alios Judices per acta Secretarii Cameræ absque solutione propinæ, & regestri com-

committere, & mandare cum poteſtate ejuſdem Congregationis arbitrio procedendi etiam extrajudicialiter, ac citandi, & inhibendi etiam per ſimplices Edicta & Notificationes in Curiâ & extra ſingulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit etiam ſub cenſuris, & pœnis ejus arbitrio imponen. aliaque geren. & docen. ac determinan. quæ in præmiſſis, & circa ea erunt quomodolibet neceſſaria, & opportuna, præmiſſis necnon privilegiis, ac indultis prædictis Tribunalibus, vel unicuique Perſonæ, ſeu loco conceſſis etiam in corpore juris clauſis, conſenſu in juriſdictione dictorum Judicum, Legibus quoque, & Statutis Urbis, & aliorum locorum etiam juramento vallatis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtilo Palatii, & Curiæ, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Statum &c. pro plenè &c. De mandato Sanctiſſimi D. N. Papæ audiant Magiſtri Theſaurarius Generalis, Lancetta, & de Judice citent, etiam per Edictum, inhibeant, etiam ſub cenſuris procedant, ut petitur appellatione remotâ, &c. I.F. Columna: F. Regens: Placet J.F. Nos itaque in præmiſſorum executionem per hoc præſens publicum Edictum, ſive Notificationem ad valvas Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, aliisque locis ſolitis Urbis, ac etiam ad valvas Civitatum, Caſtrorum, & aliorum quorumcumque Locorum, vel eorum Majoris Eccleſiæ, aliisque locis ſolitis, & conſuetis, ut moris eſt, affigen. & publican. monemus, citamus, citarique & moneri mandamus omnes, & ſingulas Perſonas tam Eccleſiaſticas, quàm Seculares cujuſvis ſtatus, gradus, & conditionis, de & ſuper præmiſſis, & præmiſſorum causâ quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere putantes, & prætendentes, quatenus infra decem dies proximos legitimè compareant Romæ coram Nobis per acta infraſcripti

Secre-

Secretarii Cameræ per ſeſe, vel eorum legitimos Procuratores ad dicendum, & excipiendum quidquid verbo, vel in ſcriptis dicere, opponere, vel excipere voluerint contra præinſertam commiſſionem, contentaq; in ea juxta commiſſionis formam procedi videndum, necnon conſtituen. in Urbe Procuratorem, ſeu Procuratores reperibiles, & acceptantes eorum jura defenſuros, & allegaturos, quoniam Nos dicto termino elapſo etiam nullâ aliâ monitione, ſeu citatione præmiſsâ, nec alio termino ſervato ad omnia & ſingula in præinſertâ commiſſione contenta, aliaque deſuper neceſſaria & opportuna uſque ad omnimodam præmiſſorum omnium executionem, cauſa, & cauſarum hujuſmodi expeditionem, & terminationem juxta facultates nobis in d. commiſſione conceſſas procedemus, ipſorum omnium quomodolibet intereſſe habentium contumaciâ, & abſentiâ non obſtantibus, neque attentis, avocando inſuper, & reaſſumendo ab omnibus, & quibuſcumque Judicibus non obſtante conſenſu coram eis fortaſſe præſtito omnes, & ſingulas cauſas permiſſu, & ab eis dependentia quomodolibet concernentes. Inhibendo etiam eiſdem, nè in cauſis prædictis audeant ſeſe ingerere, nec intromittere quovis ſub prætextu &c. quod ſi ſecus &c. id totum &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 10. *Martii* 1714.

Jo: Archiep. Seleucię Theſ. Gen. & Jud. Comm.
Cyr. Lancetta S.R. Auditor Jud. Commiſſ.
Nic. Judice C.A.C. & Annonę Pręf. J. Comm.

Io. Antonius Tartaglia R.C.A. Secretarius.

Edictum Citatorium vigore Commiſſionis.

ROMÆ, Typis Rever. Cam. Apoſtolicæ 1714.

Exci-

EDICTUM PONTIFICIUM

Num. XVII.

Excitantur Agrorum Cultores ad faciendam sementem in annum 1715. promissâ largiori frumenti distributione, ejusdemque extrahendi facultate remisso vectigali 5. denariorum, pecuniæque subsidio ad emendos boves.

CLEMENS PP. XI.

MOtu proprio &c. *Inter gravissimas Pastoralis officii nostri curas, quibus jugiter premimur, in illam peculiari studio incumbimus, ut hæc nostra Alma Urbs, ad quam quotidie tanquam ad Principis Apostolorum Sedem, & communem omnium Christifidelium Patriam, Catholicæ omnes Nationes confluunt, & quam Nos quantum in Domino possumus, ac misera præsentium temporum conditio patitur, commodis omnibus, atque ornamentis instruere, & augere jugiter satagimus, non solùm rei frumentariæ inopiâ nequaquam laboret, sed feliciori in dies ubertate perfruatur.*

Dudum siquidem fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster, ut prospero Annonæ, & Grasciæ ejusdem Urbis regimini opportunè consuleret: potissimùm verò Artem Agriculturæ in illius Territorio, ac Districtu, necnon Latii, Campaniæ, & Maritimæ Provinciis restitueret, ac ampliaret, specialem Congregationem nonnullorum

Prælatorum, & aliorum Virorum, in qua ſcilicet tunc, & pro tempore exiſtentes Theſaurarius Generalis, Annonæ Præfectus, Graſciæ Præſes, Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius Generalis, ac ulterius q. Jo: Baptiſta Coſtaguta ejuſdem Pauli Prędeceſſoris Familiaris intereſſe deberent, ibique potiſſimùm de Arte Agriculturæ reſtituendâ, & augendâ, necnon de ſtatu Annonæ, & Graſciæ hujuſmodi, rebuſque omnibus illas concernentibus invicem conferrent, tractarent, & diligenter perpenderent, eidemque Paulo Prædeceſſori quicquid ab ipſis reſolutum fuiſſet, referrent, erexit, atque inſtituit; Ac ſubinde alia plura eodem conſilio diſpoſuit, & ordinavit; inter cætera verò, ut Agriculturæ artem exercentibus, quò faciliùs arti hujuſmodi incumbere, pecuniaſque minori interuſurio habere poſſent, opportunâ aliqua ſubventione ſuccurrere volens, tunc exiſtentibus Proviſoribus, ac Miniſtris Sac. Montis Pietatis Urbis diſtrictè mandavit, ut cuilibet Agricultori uſque ad ſummam mille ſcutorum monetæ, ſeu aliam ab eodem Annonæ Præfecto ordinandam, recepto emolumento duorum pro centenario nomine meriti, ſeu aliàs ab aliis ratione expenſarum ſolvi conſueto, necnon accepto idoneo, & ſufficienti pignore, aliiſque ejuſdem Montis legibus, & inſtitutis adimpletis, & obſervatis, de licentiâ Præfecti Annonæ prædicti ſubminiſtrari deberent. Ac inſuper omnibus Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, qui tam in propriis, quàm in alienis, & conductis Terris in Territorio, & Diſtrictu Urbis, necnon Latii, Campaniæ, Maritimæque Provinciis hujuſmodi Agriculturam exercuiſſent, & ſementem feciſſent, ſingulis annis, quibus pretium, & valor frumenti communiter in eâdem Urbe per ipſos Agricultores, & Mercatores vendendi à tempore meſſis, & recollectionis uſque ad Kalendas Martii cujuslibet anni ſummam juliorum quin-

quinquagintaquinque in ſingula rubra non exceſſiſſet, quintam partem totius frumenti per ipſos eodem anno recollecti, deducto tamen ſemine, ad quævis loca, præter Infidelium, & S.R.E. hoſtium, terrâ, marique liberè extrahendi, & tranſportandi, ſeu extrahi, & tranſportari faciendi facultatem conceſſit: prævio tamen Chirographo ab eodem Paulo Prædeceſſore ſubſignando, ac ſolutis priùs Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, tunc ſuæ juliis quinque pro quolibet rubro extrahendo, & aliàs prout in Cedula Motus proprii memorati Pauli Prædeceſſoris deſuper expeditâ, ac die XIX. Octobris 1611. publicatâ, cujus tenorem præſentibus &c. pro plenè &c. volumus, uberiùs continetur.

Cùm autem noviſſimè, nempe à menſe Septembris anni mox elapſi, peccatis noſtris graviores in dies calamitates promerentibus, non ſinè ingenti paterni cordis noſtri dolore mortiferâ Boum peſtilentiâ per Urbem, illiuſque Diſtrictum, ac Provincias prædictas immaniter graſſante, integra penè armenta interierint, adeò ut peremptis animalibus, de quibus ineffabilis Dei Providentia laboribus hominum ſolatia ſubrogavit, agrorum culturam planè deſeri, terraſque in proximè præterito Autumno minimè ſeri contigiſſet, niſi Nos tam frumento, quàm pecuniis per dilectum filium Annonæ Præfectum abunde ſubminiſtratis, Agricultorum inopiam ſublevaſſemus, aliiſque opportunis, ac ſalubribus proviſionibus ei, quam benedicente Domino ſperamus, futuræ meſſis ubertati conſuluiſſemus; tempus verò, quo agri ſerendis frumentis pro venturi anni 1715. meſſe deſtinati aratro proſcindi debent, jam advenerit: Domini tamen prædiorum, Mercatores, Coloni, aliique artem Agriculturæ prædictam exercentes ob ingentia damna, quæ ex ſuorum animalium jacturâ paſſi fuerunt, novo indigeant paternæ providentiæ noſtræ ſubſidio, ut expen-

ſas pro emendis Bobus, & laboreriis neceſſariis faciendas ſubire valeant.

Hinc eſt, quòd Nos publicæ cauſæ nullâ ex parte deeſſe, noſtrorumque, & Apoſtolicæ Sedis ſubditorum commodis per amplius providere volentes, motu ſimili, ac ex certâ ſcientiâ, & maturâ deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, cedulam motus proprii Pauli Prædeceſſoris ſupradictam, quoad ea, quæ præſentibus non adverſantur, ac uſu recepta reperiuntur, earumdem tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis vim, robur, & præſidium adjungimus.

Præterea motu, ſcientiâ, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus Congregationem Prælatorum à Præfato Paulo Prædeceſſore, ſicut præmittitur, inſtitutam, cui ſcilicet dilecti filii nunc, & pro tempore exiſtentes Theſaurarius noſter Generalis, Annonæ Præfectus, Graſciæ Præſes, Commiſſarius Generalis Cameræ noſtræ prædictæ, ac loco q. Jo: Baptiſtæ Coſtaguta ab eodem Paulo Prædeceſſore deputati Præceptor Archiboſpitalis S. Spiritus in Saxia intereſſe debeant, harum ſerie renovamus, ac quatenus opus ſit, de novo erigimus, & inſtituimus. Eidemque Congregationi toties, quoties opus fuerit, habendæ, facultatem concedimus, & impartimur, ut iiſdem Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, aliiſque artem Agriculturæ prædictam exercentibus, ac ſive proprios, ſive alienos, & conductos agros in Latii, Campaniæ, & Maritimæ Provinciis prædictis colere, & ſerere volentibus pecunias neceſſarias pro novis terris proſcindendis, aliiſque laboreriis perficiendis pro meſſe dicti venturi anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi quinti à dilectis filiis Proviſoribus, & Miniſtris S. Montis Pietatis, necnon Menſæ Nummulariæ

S. Spi-

S. Spiritus in Saxia usque ad summam centum millium scutorum monetæ, nempe medietatem ex dicto Monte Pietatis, & aliam medietatem ex dicta Mensâ Nummulariâ Sancti Spiritus, cum licentiâ ab eodem Annonæ Præfecto subscribenda, ac Provisoribus, & Ministris Montis, & Mensæ Nummulariæ prædictis dirigendâ subministrari curent, & faciant, unicuique scilicet pro eâ summâ, quæ juxta cujusque Agricultoris, & aliorum prædictorum indigentiam, & idoneitatem eidem Congregationi congrua, & opportuna videbitur, ac cum cautionibus pro indemnitate Montis Pietatis, & Mensæ Nummulariæ hujusmodi ab iis, qui pecunias acceperint, præstandis, ac à præfatâ Congregatione (citra tamen illius periculum, seu damnum) recognoscendis, & approbandis.

Cæterùm, ut faciliùs subministratio dictarum pecuniarum Agricultoribus, & aliis prædictis fieri possit, volumus, & mandamus, ut pro eâ quantitate, quæ ejusdem Congregationis arbitrio, intrà tamen summam dd. centum millium scutorum monetæ, Agricultoribus, & aliis prædictis subministranda erit, solvi debeant quotannis usque ad restitutionem summæ subministratæ Monti Pietatis, & Mensæ Nummulariæ prædictis scuta duo pro quolibet centenario nomine meriti, seu expensarum, quas tam Mons Pietatis, quàm Mensa Nummularia hujusmodi pro salariis Ministrorum, & Officialium sustinere coguntur.

Demum Agricultoribus, & aliis prædictis, ut alacriùs laboreria necessaria pro serendo frumento in proximè futuro Autumno perficere, ac complere valeant, quintam partem frumenti (detracto tamen semine) in subsequenti messe anni millesimi septingentesimi decimi quinti per ipsos recolligendi ad quævis loca, præter Infidelium, & S. R. E. hostium, Terrâ, Mariquæ liberè extra-

extrahendi, & trasportandi, seu extrahi, & transportari faciendi gratis, & absque ullâ solutione Tractæ Cameræ nostræ Apostolicæ solvi solitæ, expedito tamen priùs Chirographo per Nos signando, ac solutis emolumentis Officialibus, & Ministris Cameralibus pro ejusmodi licentiarum expeditione debitis, licentiam concedimus, & impartimur; Dummodo tamen sive pretium, & valor frumenti tunc currens, sive aliæ temporum circumstantiæ eidem paternæ charitati, qua Subditorum nostrorum commodis consulere cupimus, aliter non suadeant. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices &c. sublata &c. judicari, & definiri debere, ac irritum &c. decernimus.

Mandantes etiam Congregationi, & Deputatis prædictis, ac præsertim Annonæ Præfecto, ut præsentes nostras Literas, & in eis contenta quæcumque observent, & exequantur, & ab aliis, quantum in eis erit, condignâ pœnarum inflictarum animadversione, aliisque opportunis Juris, & facti remediis firmiter, & inviolabiliter observari faciant, & curent. Dantes eis, ac præcipuè eidem Annonæ Præfecto in præmissis, & circa ea plenam, & omnimodam facultatem, & potestatem.

Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de jure quæsito non tollendo, ac rec. mem. Pii PP. IV. etiam Prædecessoris nostri de gratiis qualecumque interesse Cameræ prædictæ concernentibus in eâdem Camerâ intrà certum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes Literas ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Urbis, Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum quorumcumque, ac Montis Pietatis, & Mensæ Nummulariæ Sancti Spiritus

ritus prædictorum, aliisve quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, Consuetudinibus, Reformationibus, Decretis, Privilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis Urbi, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis, ac Sac. Monti, & Mensæ Nummulariæ præfatis, illorumque respectivè Communitatibus, Universitatibus, Ministris, Officialibus, & aliis personis quibuslibet à Sede prædicta, vel à Nobis forsan concessis, ac etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quæ eis, quoad præmissa nolumus suffragari, & quibus omnibus, & singulis, etiamsi &c. illorum tenores &c. pro sufficienter expressis, & insertis habentes hac vice, ad effectum præsentium duntaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè, ac latissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus etiam, quòd præsentium sola Signatura sufficiat, etiam absque aliâ datâ, & registraturâ, regulâ quacumque contrariâ pariter non obstante. Et nihilominus literæ in quavis formâ expediri possint cum clausulis opportunis.

Præsentiumque Literarum desuper forsan expediendarum transumptis etiam impressis, manu unius ex Cameræ nostræ Apostolicæ Notariis subscriptis, & sigillo alicujus ex Congregatione prædictâ obsignatis in Judicio, & extra plena fides adhibeatur.

Placet Motu Proprio I. F.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquarto, Indictione septimâ, Pontificatus Sanctissimi D. N. Clementis Papæ XI. Anno decimoquarto, die verò 24. Martii, supradicta

dicta Cedula Motus proprii publicata, & affixa fuit in Magna Curia Innocent. Montis Citatorii, in Acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Bartholomæum de Camillis Apost. Curs.

Antonius Placentinus Mag. Curs.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ MDCCXIV.

Eadem

EDICTUM CARDINALIS CAMERARII

Eadem, quæ in Superiori Edicto, consilia à Summo Pontifice, & conventu inita ad rem agrariam promovendam significantur.

Num. XVIII.

NOTIFICAZIONE; ET EDITTO

Sopra li nuovi provedimenti presi per la rompitura de' Terreni, da cominciarsi nel presente mese di Marzo.

GIO: BATTISTA SPINOLA
Prete Cardinale del titolo di S. Cesareo della Santa Romana Chiesa Camerlengo.

NOn cessando ancora del tutto per le nostre colpe la maligna influenza nel Bestiame Bovino, per la quale rimane ozioſa gran parte degl' Aratri con gravissimo danno degl' Agricoltori, e non minor timore in tutti di una prossima Carestia, & arrivando il tempo di rompere i Terreni per l'anno 1715. credè Sua Beatitudine doversi sempre più rinvigorire la sua Paterna sollecitudine, e che fosse un nuovo contrasegno di essa

il dare nuovi, e validi ajuti a tutti quegl' Agricoltori, che aveva invitati, & animati con Editto pubblicato il dì 9. Decembre a proseguire la necessaria cultura de' Terreni; onde sempre più contenta di sentire che per le providenze date si fussero terminati i lavori dell' anno corrente, da' quali si spera con la Divina assistenza un' abbondante raccolto; e questo non solo per aver fatto somministrare tutto il Grano necessario per le sementi già fatte in quantità maggiore del solito; ma anche col mezzo degl' ajuti in denaro dispensato per suo ordine da Monsignor Prefetto dell' Annona agl' Agricoltori più bisognosi, e similmente con le dilazioni accordate ad altri Debitori, tuttochè avessero goduto nelle passate stagioni col beneficio della diminuzione del pagamento delle Tratte altri rilevantissimi vantaggi; desiderosa di continuarli anche per l'imminente rompitura de' Terreni, si compiacque destinare una particolare numerosa Congregazione, la quale dovesse proporgli tutti i modi più proficui, e convenevoli per assicurare il futuro raccolto dell'anno 1715. *Ed essendosi questa a tenore degl' ordini di Sua Beatitudine unita con avere maturamente ponderato ciò, che più conveniva per l' adempimento delle benefiche intenzioni di Nostro Signore; supplicò Sua Beatitudine, che non dovesse forzare nè Padroni diretti, nè Affittuarii, nè Coloni de' Terreni, che doveano romperſi, ma più tosto moltiplicando gl' Atti della sua solita Clemenza, si degnasse continuare ad animarli, promettendo loro nel raccolto del* 1715. *la Tratta* gratis *della quinta parte del Grano da raccogliersi (detratto il seme) quando il Grano si vendesse in Roma sotto i scudi sette, ed in oltre che si degnasse deputare una Congregazione simile a quella, che fu eretta dalla santa mem. di Paolo V. rinovando anche un Moto proprio simile a quello, che fu fatto dal sudetto*

Ponte-

Pontefice in congiuntura della penuria, che ſoffrivano con la Città di Roma, e ſuo Diſtretto le vicine Provincie; e per ultimo diſapprovò che doveſſe preventivamente fiſſarſi il prezzo al Grano a ragione di ſcudi ſette, e mezzo almeno, cominciando dal preſente raccolto, come da alcuni pochi ſi pretendeva.

Fatta da Monſignor Prefetto dell' Annona eſatta Relazione alla Santità Sua di quanto ſi era diſcorſo, e propoſto nell' accennata Congregazione, ſi compiacque Sua Beatitudine di approvare le riſoluzioni della medema in tutto; dichiarando ſolo, che in ordine alle Tratte da concederſi nel 1715. ſi eſtendeſſe maggiormente la ſua Beneficenza, volendo concederle non ſolo ſenza il pagamento delli giulii cinque, quali volle a favore della Camera Apoſtolica la Santa mem. di Paolo V. ma nè pure reſtringendole, o regolandole con il prezzo minore, o maggiore, che correſſe nelle vendite de' Grani nel tempo di concederſi dette Tratte, e ſolo riſervandoſi a dover in quel tempo riflettere con paterna Carità all' eventualità de' caſi, & alle circoſtanze de' tempi, che devono ſempre ſuggerire i più ſani conſigli.

Si diſpoſe inoltre a formare il deſiderato Moto proprio a tenore di quello della Santa mem. di Paolo V. volendo però in eſſo abolito il grave peſo di doverſi dagl' Agricoltori dare il Pegno al Monte, che ſomminiſtraſſe il denaro: circoſtanza, che avrebbe difficoltato molto i bramati ſoccorſi, volendo che la Congregazione inſtituita da Sua Beatitudine ad imitazione di quella eretta dal citato Pontefice doveſſe (ſenza però ſuo riſchio, e pericolo) aſſumere in sè l'obbligo di eſaminare la vera neceſſità, la qualità delle perſone, e quella delle ſicurezze da offerirſi da coloro, che chiederanno ſoccorſo, per doverſi poi dal Prefetto dell' Annona far

somministrare il denaro da impiegarsi in compra de' Bovi per la coltura de' Terreni da romperſi.

Eſſendoſi però degnata la Santità Sua di ſegnare il detto nuovo Moto proprio già pubblicato con la rinovazione della Congregazione a ſimilitudine di quella dalla Santa mem. di Paolo V. ed avendo deſtinato la ſomma di ſcudi cento mila da diſtribuirſi, la metà dal Banco di S. Spirito, e l'altra metà dal Sacro Monte della Pietà, ſi notifica ad ogn' uno, che averà neceſſità di denaro per erogarlo in compra de' Bovi, da valerſene per li lavori da farſi, che ricorra da Monſignor Prefetto dell' Annona: mentre rimarrà a ſuo carico l' eſporre alla Congregazione l'iſtanze d'ogn'uno, la qualità delle perſone, l'idoneità delle medeſime, la quantità de' lavori, le ſicurezze, che daranno, e tutto quel di più, che converrà eſaminare; perchè poſſano liberamente godere del nuovo beneficio, del quale doveranno eſſere a parte non ſolo gl' Agricoltori dell' Agro Romano, e ſuo Diſtretto, ma anche quelli delle vicine Provincie, e ſpecialmente di Maritima, e Campagna, i quali nella maggior perdita degl' Animali hanno riſentito più grave danno.

Inoltre la Santità Sua inerendo alle ſuppliche degl' Affittuarii, e Coloni notabilmente danneggiati dall' influenze del male, ſi è compiaciuta d'inſtituire una Congregazione di tre Prelati, la quale dovrà eſaminare, e decidere tutte le controverſie eccitate dagl' Affittuarii, e Coloni de' Terreni appellatione remotâ, *per togliere le diſtrazioni, & i diſpendioſi litigii, che s'intentaſſero, sì a riguardo de' preteſi difalchi, come di reſciſſioni di contratti, o d' altro, che riguardi queſte materie, come può eſattamente riconoſcerſi nell' Editto citatorio pubblicato per queſt' effetto il dì* 10. *del corrente meſe di Marzo; Non intendendo però la Santità*

Sua

Sua, che questa nuova Grazia, e facilità serva di pretesto per ritardare quei Pagamenti già maturati, e dovuti per gl' Affitti, o Subaffitti prima che cominciasse l'influenza del male.

Procuri dunque ogn' uno di approfittarsi di tante, e sì speciali Beneficenze di Nostro Signore, perchè possa Sua Santità continuare nel contento di vedere sempre più sollevata nel suo Pontificato per mezzo delle continue Grazie l'Arte Agraria, ed opulenti di Grani non solo le Campagne di Roma, ma tutte le vicine Provincie, il che sommamente rimane a cuore della Santità Sua per vantaggio de' suoi Popoli.

Vogliamo dunque, perchè sempre più apparisca quanto la Santità di Nostro Signore ha disposto con la sua solita provida Beneficenza, che il presente Bando sia pubblicato ne' luoghi soliti, acciò sia a notizia d'ogn' uno quanto in esso si contiene. Questo di 24. Marzo 1714.

V. N. Giudice Prefetto dell'Annona.

Gaspar Turchi Commissario Gener.

Domenico Antonio Galosi Segretario di Camera.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Bar-

Bartholomæum de Camillis Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſ.

Antonius Placentinus Mag. curſ.

In ROMA, nella Stamperia della Rever. Camera Apoſtolica, M DCC XIV.

DIS-

DISSERTATIONIS HISTORICÆ DE BOVILLA PESTE PARS III.

In qua morbi natura, ſigna, ſymptomata, cauſæ, ac medela philoſophico-medicis rationibus agitantur.

PROOEMIUM.

CUM primam, alteramq; partem hujus operis fortaſſe non infeliciter abſolverim, ſupereſt, ut poſtremam aggrediar, in qua totius ferè negotii ſumma verſatur; nam ignoratis hujus epidemiæ naturâ, cauſis, effectis, curandiq; methodo, fieri non poteſt, quin conſilia, præſidiaque omnia Politico-legalia, ſi rurſus utendi occaſio ſe dederit, vel planè inutilia, vel ſera certè contingant. Ut autem manum operi admoveamus, ab ipſius morbi vetuſtate initium dicēdi facimus.

Bovil-

Bovillam Peſtem apud Priſcos interdum inceſſiſſe hiſtoricorum monumentis comprobatur.

CAP. I.

Antiquiſſimis temporibus boũ clades.

SI quis annales ſuperiorum temporum pervolutarit, in hujus, de qua loquimur, calamitatis memoriam ſæpius incurret: non rarò ſiquidem exitiales morbi in boum armenta ingruerunt, tantamque ediderunt ſtragem, ut cùm ſibi propiùs ab exitio civitates abeſſe viderentur, ad Deũm pacem exposcendam novos ritus, novaque ſacrificia inſtituerint, quo ſi quid admiſſum foret piaculum, procurarent. Enimvero neutiquam videtur dubitandum, quin Deus hominum impietatem, ac ſcelera crebrò hujuſcemodi pœnâ coërceat, quam Pharaoni quoque Ægyptiorum Regi comminatus eſt, ut inſanabile ejus ingenium flecteret, atque emolliret. Ait enim Exod. c. 9. v. 3. *Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos, & aſinos, & camelos, & boves, & oves peſtis valde gravis.*

A' Deo iſta calamitas pœnæ loco infligitur.

Similiter apud antiquiſſimos Romanorum, qui ſummo ſtudio atque cura Religionem coluere, quamvis infinitis propemodum erroribus inquinatam, quippe qui in veri Numinis ignoratione verſarentur, ea tamen increbuerat opinio violatorum Deorum irâ ſe ſe hiſce incommodis, cladibuſque vexari: quam ob cauſam geſtandorum per Urbem ancilium, & canendorum ſaliarium carminum mos auctore Numâ inſtitutus, ut ait Plutarchus in ejus vitâ, & lectiſternium in Urbe Româ jam primùm celebratum eſt anno CCCLV. utì Livius lib. 5. fuſiùs narrat, cujus verba hìc deſcribenda duximus.

Romani nova Sacra eam ob cauſam inſtituerunt.

Tri-

Triſtem hyemem ſive ex intemperie Cœli raptim mutatione in contrarium factâ, ſive alia qua de cauſa gravis peſtilens omnibus animalibus æſtas excepit. Cujus inſanabili pernicie quando nec cauſa, nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex S. C. aditi ſunt. Duumviri Sacris faciundis lectiſternio tum primùm in Urbe Româ facto, per dies octo Apollinem, Latonamque, & Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum, tribus quàm ampliſſimè apparari poterat, ſtratis lectis placavere. Ac lib. 3. ubi pecudum ſimul, hominumque perniciem, & decretas à Senatu ſupplicationes exponit. *Grave tempus, & fortè annus peſtilens erat Urbi, agriſque, nec hominibus magis, quàm pecori;* ac paulò inferius *inopſque Senatus auxilii humani, ad Deos populum, & vota convertit. Juſſi cum conjugibus, ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere Deûm: ad id quod ſua quemque mala cogebant auctoritate publicâ evocati omnia delubra implent. Stratæ paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum cœleſtium, finemque peſti expoſcunt.* Hujuſmodi autem peſtilentia regnante quoque Romulo Laurentes, ac Romanos invaſerat ob neglectam, ut tum opinabantur, Tatii ultionem injuriâ cœſi; qua de re Plutarchus in Romuli vitâ hæc habet. Ἐκ τούτου λοιμὸς ἐμπίπτει θανάτους μὲν ἀφιδίους ἀνθρώποις ἄνευ νόσου φερόντων, ἀπόρθους δὲ καρπῶν ἀφορίας, καὶ θρεμμάτων ἀρρηΐας. ὕδωρ δὲ καὶ ταγὸν αἷμα τὴν πόλιν, ὥς τε πολλοὺς προσγενέσθαι τοῖς ἀναγκαίοις παθήσι δεισιδαιμονίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τε Λαυρεντῶν οἰκήσιν ὅμοια συνέβαινεν ἤδη παντάπασιν. *Subinde peſtilentia ingruit, quæ mortem ſubitam afferens non trahebat morbum. Vulgabatur & in fruges, pecudeſque, inde magna ſterilitas orta. Sanguine quoque in Urbe pluit. Unde præter fatales calamitates gravis animos inceſſit ſuperſtitio. Enimvero ubi eadem Laurentes lues infeſtavit &c.*

Exempla è Livio afferuntur.

Ex Plutarcho.

Pecorum lues in homines invadit.

Id verò præ cæteris animadvertendum, quodlib. 41. narrat Livius; luem ſcilicet, quæ in boves ingruerat, in homines poſtmodum invaſiſſe. *Delectus conſulibus eò difficilior erat, quòd peſtilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, eo verterat in hominum morbos*. Quapropter Guillelmus Gratarolus in lib. de Peſtis deſcriptione inter hominum peſtilentiæ ſigna *quadrupedum, & natatilium multitudinis interitus* recenſet. Et quidem non Homero ſolùm auctore Iliad. 1. verùm etiam compluribus deinceps experimentis perſpectum eſt animantes, quæ naturâ pronæ ſunt, miſerrimâ clade abſumptas, priuſquam homines contagio adoriretur. Cæterùm plura de gregum, armentorumque peſtilentiis apud [a] Columellam legi poſſunt.

[a] *Lib. 6. de Re Ruſtic. cap. 5.*

Peſtilentia boum Carolo Magno regnante.

Inſequentibus autem ſeculis non adſimilem pecorum internecionem hiſtoriarum monumenta memoriæ prodiderunt. Illa autem planè inſignita, ac præ cæteris graviſſima, quæ Carolo Magno regnante incidit; ita ut boves omnes ubique gentium, quæ illius imperio parebant, occidione occiſi fuerint. Ita Annales Fuldenſes ad annum 810. *Tanta fuit in eâ expeditione boum peſtilentia, ut penè nullus tanto exercitui ſupereſſet, quin omnes uſque ad unum interirent: & non ſolùm ibi, ſed etiam per omnes Imperatori ſubjectas provincias, illius generis animalium mortalitas immaniſſimè graſſata eſt*. Annales verò Metenſes, & Eginardus eodem anno penè iis ſimilia perſcribunt: cujuſmodi quoque fuerunt peſtilentiæ, quas in boves graſſantes ſuis temporibus narrant Fracaſtorius lib. 1. de Contag. cap. 12. & Joannes Wierius lib. 4. de Præſtig. Dæmon. cap. 30.

Neque hercle quidquam inſtituto ſermoni inconſen-

sentaneum fecerim, si ex Ecclesiasticæ historiæ Scriptoribus eximia quædam Miracula subjiciam, quæ summam Dei benignitatem, atque clementiam testatam nobis reliquerunt; quippe qui piorum hominum precibus, & fide, ac Sanctorum Patrocinio, & deprecatione permotus miserandam pecorum cladem averterit. Itaque Cardinalis Baronius anno 376. refert, cùm per omnem penè Europam sæviente pestilentiâ boves interirent; *eos tantùm incolumes servatos, quorum fronti Sanctissimæ Crucis signum fuisset inscriptum, eoque miraculo non paucos Gentilium Christianam fidem amplexos*: eamque in rem S. Severi, aut Endeleichi Rhetoris, cujus meminit Paulinus Epist. 9. non contemnendam sanè Eclogam affert, quam hoc loco integram lectorum utilitati, voluptatique consulentes exscribimus.

Ex historia Ecclesiastica similiter exempla depromuntur.

CARMEN

Severi Sancti, id est, Endeleichi Rhetoris de Mortibus boum

Ægon, Buculus, Tityrus.

Æg. *Quidnam solivagus, Bucule, tristia*
Demissis graviter luminibus gemis?
Cur manant lacrymis largifluis genæ?
Fac, ut norit amans tui.

Buc. *Ægon, quæso, sinas alta silentia*
Ægris me penitùs condere sensibus.
Nam vulnus refert, qui mala publicat:
Claudit, qui tacitum premat.

Æg. *Contra est, quæ loqueris, recta nec autumas.*
Nam divisa, minùs sarcina fit gravis:
Et quidquid tegitur, sæviùs incoquit;
Prodest sermo doloribus.

Buc. *Scis, Ægon, gregibus quàm fuerim potens,*
Ut totis pecudes fluminibus vagæ
Complerent etiam concava vallium,
Campos, & juga montium.
Nunc lapsæ penitùs spes opis est meæ:
Et longus peperit quæ labor omnibus
Vitæ temporibus, perdita biduo.
Cursus tam citus est malis.

Æg. *Hæc jam dira lues serpere dicitur.*
Pridem Pannonios, Illyricos quoque,
Et Belgas graviter stravit: & impio
Cursu nos quoque nunc petit.
Sed tu qui solitus nosse salubribus
Succis perniciem pellere noxiam:
Cur non anticipans quæ metuenda sunt,
Admosti medicas manus?

Buc. *Tanti nulla metus prævia signa sunt,*
Sed quod corripit, id morbus & opprimit:

Nec

Nec languere ſinit, nec patitur moras.
Sic mors ante luem venit.
Plauſtris ſubdideram fortia corpora
Lectorum, ſtudio quo potui, boum,
Queis mentis geminæ conſona tinnulo
Concentu crepitacula.
Ætas conſimilis, ſetaque concolor:
Manſuetudo eadem, robur idem fuit,
Et fatum: medio nam ruit aggere
Par victum parili nece.
Mollito penitùs farra dabam ſolo.
Largis patris erat gleba liquoribus:
Sulcos perfacilis ſtiva tetenderat;
Nuſquam vomer inhæſerat:
Lævus bos ſubito labitur impetu;
Æſtas quem domitum viderat altera.
Triſtem continuò disjugo conjugem.
Nil jam plus metuens mali.
Dicto ſed citiùs conſequitur necem
Semper qui fuerat ſanus, & integer,
Tunc longis quatiens ilia pulſibus
Victum depoſuit caput.

Æg. *Angor, diſcrucior, mœreo, lugeo;*
Damnis quippe tuis non ſecus, ac meis
Pectus conficitur, ſed tamen arbitror
Salvos eſſe greges tibi.

Buc. *Illuc tendo miſer, quò gravor acriùs.*
Nam ſolamen erat vel minimum mali,
Si fœtura daret poſterior mihi,
Quod præſens rapuit lues.
Sed quis vera putet? progeniem quoque
Extinctam pariter, vidi ego cernuam
Junicem gravidam: vidi animas duas
Uno in corpore perditas.

Hic fontis renuens, graminis immemor,
Errat ſuccidua bucula poplite,
Nec longum refugit: ſed graviter ruit
Leti compede claudicans.
At parte ex aliâ, qui vitulus modò
Laſcivus ſaliens texuerat vias,
Ut matrem ſubiit: mox ibi morbido
Peſtem traxit ab ubere.
Mater triſtifico vulnere ſaucia,
Ut vidit vituli condita lumina:
Mugitus iterans, ac miſerè gemens,
Lapſa eſt, & voluit mori.
Tunc tanquam metuens, nè ſitis aridas
Fauces opprimeret: ſic quoque dum jacet,
Admovit moriens ubera mortuo;
Poſt mortem pietas viget.
Hinc taurus ſolidi vir gregis, & pater
Cervicis validæ, frontis & arduæ,
Lætus dum ſibimet plus nimio placet,
Prato concidit herbido.
Quàm multis foliis ſilva cadentibus
Nudatur gelidis tacta aquilonibus:
Quàm denſis fluitant velleribus nives,
Tam crebræ pecudum neces.
Nunc totum tegitur funeribus ſolum.
Inflantur tumidis corpora ventribus,
Albent lividulis lumina nubibus;
Tenſo crura rigent pede.
Jam circum volitant agmina triſtium,
Dirarumque avium, jamque canum greges
Inſiſtunt laceris viſceribus frui.
Heu! cur non etiam meis?

Æg. *Quidnam, quæſo, quid eſt, quòd vario modo*
Fatum triſte necis tranſilit alteros,

Aſſli-

Affligitque alios? en tibi Tityrus
Salvo lætus agit grege.

Buc. *Ipsum contueor. Dic age Tityre*
Quis te subripuit cladibus his Deus?
Ut pestis pecudum, quæ populata sit
Vicinos, tibi nulla sit.

Tit. *Signum, quod perhibent esse Crucis Dei,*
Magnis qui colitur solus in Urbibus:
Christus, perpetui gloria numinis,
Ejus filius unicus.
Hoc signum mediis frontibus additum
Cunctarum pecudum certa salus fuit.
Sic vero Deus hoc nomine præpotens
Salvator vocitatus est.
Fugit continuò sæva lues greges;
Morbis nil licuit. Si tamen hunc Deum
Exorare velis, credere sufficit;
Votum sola fides juvat.
Non ullis madida est ara cruoribus,
Nec morbus pecudum cæde repellitur,
Sed simplex animi purificatio
Optatis fruitur bonis.

Buc. *Hæc si certa probas, Tityre, nil moror,*
Quin veris famuler religionibus.
Errorem veterem diffugiam libens;
Nam fallax, & inanis est.

Tit. *Atqui jam properat mens mea visere*
Summi templa Dei: quin age, Bucule,
Non longam pariter congredimur viam;
Christi & numina noscimus.

Æg. *Et me consiliis jungite prosperis:*
Nam cur addubitem, quin homini quoque
Signum prosit idem perpete sæculo,
Quo vis morbida vincitur.

NOTÆ.

PETRUS PITHOEUS.

EMendationes, & monita in Epigrammata, & Poemata vetera pag. 478.

Severi Attilii, sive Cæcilii Severi poëtæ Christiani sub Valentiniano Augusto meminit ex Sophronio Gregorius Gyraldus. Hic verò noster, ut videtur, antiquior, &, nisi valde fallimur, Aquitanus: cujus carmen Eliæ Vineti Santonis, optimi, & doctissimi Senis beneficio debemus.

Ex Sanctorum Vitis aliquot narrantur Miracula.

Præterea inter Divi Joannis Beverlacensis miracula hoc etiam à Bollandistis enarratur nonis Maji. *Non est mirandum Sanctum Confessorem Johannem multa commoda præstitisse hominibus: nam etiam mutis animalibus commoda sanitatis frequenter præstat. Sæpe enim contingit, quòd pestis mortalitatis animalia, & pecudes obtinet: sed incolæ provinciarum circumjacentium munimen solent obtinere, quando vovent Sancto Johanni de armento suo aliquod animal tali peste depressum ad liberationem cæterorum: Solentque continuò convalescere, pestisque inde aufugere, hominibus vota apud Beverlacum patrono suo Sancto Confessori Johanni persolventibus. Hæc nobis solent attestari qui & hæc experti sunt, & noverunt hujusmodi vota multis conferre.* Similiter autem in vita S. Gerlaci Eremicolæ nonis Januarii hoc matronæ cujusdam testimonium recitant. *In partibus*, inquit, *nostris generali quodam pestilentiæ mortifero contagio vastatæ sunt oves, & boves, & universa pecora, & jumenta peccatis exigentibus usque ad internecionem sunt deleta. Eapropter B. Gerlaco de singulis capitibus pecorum meo-*

meorum unum quadrantem me offerre devovi, & omnibus per totam regionem jumentis plagâ prædictâ morientibus, ego, inquit, *omnia mea pecora B. Gerlaco patrocinante retinui*. Hæc autem iidem narrant VI. Idus Februarii 2. Parte inventionis, & Miraculorum S. Goslini Abbatis cap. 2. n. 18. *Domina Assisia Uxor eximii Juris utriusque Doctoris Domini Johannis de Bansiis, mulier veneranda, ac multùm religiosa armenti gregem infectum morbo possidebat: quæ quum morientes vaccas conspiceret, nec convalescentiæ remedium haberet, se humiliter B. Goslino commendavit, ut ejus armenta servaret, in quibus pietatis officia secundùm morem suum singulis diebus expleret: quæ quum jam vota peregisset, nullum deinceps jumentum perdidit*. Ex iis igitur satìs superque constabit nihil hac nostrâ ætate insolens, aut inauditum prioribus accidisse. Quinimo immortali Deo Opt. Max. gratiæ agendæ sunt, quòd præsens boum calamitas neque diuturnitate, neque acerbitate prioribus conferenda sit, quæ non modò in cætera armenta, atque in greges, verùm etiam in homines ipsos desævierunt.

Veram pestem fuisse morbum, qui nostrâ ætate Latiales boves depopulatus est. Signa, ac symptomata cum iis, quæ in illorum cadaveribus inventa sunt, breviter exponuntur.

CAP. II.

NOn multis hìc morabor demonstraturus Epidemiam, quæ per hæc tempora boves nostros magnam partem perdidit, fuisse veram pestem; cum iis omnibus palàm signis, & proprietatibus processerit insignita, quibus pestifera lues stipari solet.

Etenim primo loco febris comitabatur, quæ, quoniam similis, & communis omnibus cum pernicie fuit, jure apud magnum Hippocratem [a] pestis dicitur. *Sunt autem*, inquit, *febrium duo genera, quorum alterum commune omnibus pestis appellatur, alterum propter malam diætam privatim iis contingit, qui eâ utuntur*. Neque verò quin febris affectos boves ureret dubitandum erat: namque non modò Veterinarii Medici, sed ipse ego in illorum arteriis carotidibus, & axillaribus summam semper, ac statim ab initio celeritatem, ac frequentiam deprehendi. Præterea quanquam ob nimiam cutis crassitiem neque exanthemata, neque carbunculi in externâ boum superficie erumperent; singulis tamen, ubi teneriores sunt membranæ, scilicet in ore, & faucibus phlogoses, pustulæ, ulcera, & maculæ è vestigio apparebant.

[a] *Lib. de Flatibus num. 7.*

Febris communis pestis est apud Hippocratē.

Insuper plerique boves hoc malo tentati peribant intrà diem septimum, quod in peste frequentissimum est: pauci verò per abscessum, ac decübitum, ut mox dicemus, evadebant.

Illud tamen hìc tacere non licet à celebrioribus olim Veterinariis bovillam pestem præcipuo *malidis* nomine fuisse vocatam, quod in epistolari quadam dissertatione [b] mox subnectenda, fusiùs ostendemus.

Bovilla pestis olim Malis appellata.

[b] *Prostat annexa cap. 8. tertiæ partis §. x.*

Quanquam verò (ut ad signa, ac symptomata veniamus, quibus miserum hoc brutorum genus torquebatur) secundùm variam in animalibus fluidorum crasim, ac solidorum texturam (quas simul acceptas temperamenta vocant Medici) variæ quoque affectiones ex unâ, eâdemque causâ suboriri soleant; sunt tamen quædam effecta, quæ in singulis prope affectis animalibus cernebantur. Utique vidimus interdum

Morbi signa, ac symptomata.

in

in nonnullis bobus primum indicium contractæ peſtis fuiſſe, fugam arripere, ululare, ſtertere, ac mille modis quaſi ſubito terrore percitos ſe ſe agitare; ſcilicet quòd venenum, cùm in iis volatilium ſalium ubertatem, miramque fibrarum nervearum in ſpaſmos proclivitatem inveniſſet, diverſos ſtatim convulſivos quà externos, quà internos motus induxit. Alios etiam ſpectavimus, tametſi rariùs, præcoci morte, quaſi fulmine tactos interiiſſe, eos videlicet, qui naturâ ſuâ jam enerves, ſpirituque fuerant deſtituti. Sed in pleriſque præcipua exceptæ luis ſigna extiterunt ſubito mœrere; caput demittere; è languidulis oculis lacrymas, è naribus, & ore mucum, & ſalivam fundere; atque interim febri cum horrore, vel horripilatione correptos, nauſeanteſque humi jacere: ſemper autem phlogoſes, puſtulæ, ut innuimus, hydatides, & ulcera linguam, & fauces ſummo cum ardore obſidebant. Principio ut plurimum ſitientes multum bibebant; poſtea verò à potu, cibo-que penitùs abſtinebant; & idcirco cùm deglutire, ac ruminare non poſſent, inediâ, ſitique celeriùs etiam, quàm naturâ fortè morbi factum eſſet, ad interitum adigebantur; alvo ſæpe ſæpius lubricâ, dejectiſque fœtidis, variegatis, & interdum cruentis humoribus. Plerique tandem omnes putidi, graviq; cum anhelitu, non rarò etiam cum tuſſi intrà primam hebdomadem occidebant. Qui autem ad alteram pertingerent (erant autem perpauci) evadere conſueverant; præſertim ſi cadentibus pilis corium exaſperaretur, aut facto ad nates, & ad crura decubitu, nè liberè poſſent incedere, prohibiti fuiſſent.

Frequentiora contractæ luis ſigna.

Vermes interim in naribus, ad cornuum radices, in labiis, atque ore comperiebantur, quibus ſcilicet locis muſcarum agmina poterant confluxiſſe.

Vermes à muſcis procreati.

Quid obſervatũ fuerit in diſſectis cadaveribus.

Quod verò ſpectat ad ea, quæ in boum cadaveribus detecta fuerunt; illud prænoſſe convenit, rarò in peſte denatis certa, & perpetua apud illorum viſcera affectiones deprehendi: etenim lues à liquidis primò excipitur, & ab iiſdem poſtea aut hæc, aut illa membra pro variâ eorundem conditione corripiuntur. Id ſanè evidentiſſimum apparuit in tribus extiſpiciis, quæ nos fieri curavimus; nam præter oris, fauciumque ulcuſcula, atque œſophagi, omaſi, pulmonumque à rubore ſubnatum livorem, ſeu gangrænam; quas quidem res in unoquoque penè ſimiles comperimus; diverſæ in ſingulis occurrerunt viſcerum læſiones. Etenim in primo, qui tertiâ morbi die perierat, animadvertimus in omaſo tum fœni duriuſculam maſſam, tum pilam illam, quam Plinius [a] *Juvencarum tophum* appellat, ortam ſcilicet ex abraſis linguâ pilis, & mox deglutitis, ſubinde verò periſtaltici motus ope in modum filtri accedente ſalivâ coactis: cætera viſcera parum à ſtatu ſanitatis abfuerunt. In altero deinde, quoniam interierat 6. die, cùm hepar, & inteſtina, tum pulmones ſphacelo tentata erant. In tertio cor etiam, & cerebrum corrupt um penè diffluebant. Neque quidquam in ipſorum liquidis conſtans, & memorandum obſervare licuit: ob peculiares enim fluidorum craſes, variam quoque illorum fluiditatem, & colores offendimus. Ut proinde nihil certi elicere illinc potuerimus: cæterùm omittimus hìc referre, quod alio loco fusè monuimus, infida ſcilicet omnino eſſe judicia, quæ fiunt ex obſervationibus cadaverum illorum, qui acuto, malignoque morbo decedunt: multa enim viſceribus detrimenta, quæ principio aberant, tum ante, tum poſt mortem ab inquinatis liquidis hìc illìc ſubſiſtentibus afferuntur.

[a] *N. H. lib. 2. cap. 42. de ea quoque agit M. Mercatus in ſua Metallotheca.*

Cur

Cur peſtiferum miaſma ſolos boves, non cæteras animantes afflaverit.

CAP. III.

ABſtruſa illa, & philoſophicâ exercitatione digniſſima quæſtio mihi ſemper viſa eſt, quæ de peſtifero veneno inſtituitur, à nemine hactenus præter Hippocratem, quod ſciam, luculenter explicata. Et ſanè mirum videri poteſt lethiferum virus, quod bovillum genus per hoſce annos tot, tantiſque cladibus exhauſit, cæteris animantibus innoxium fuiſſe. Hujus autem difficultatis nodum Hippocrates [a] non infeliciter, ſi rectè intelligatur, ſolvere conatus eſt: ſic autem loquitur præclariſſimus Medicorum Princeps. *Communis itaque febris ideo talis eſt, quòd ſpiritum hujuſmodi omnes attrahant: ſimili verò ſpiritu ſimiliter corpori permiſta, ſimiles quoque morbi efficiantur. At fortaſſe*, ſubdit ſenex, *dicet quiſpiam, cur igitur non cunctis animalibus, ſed alicui ipſorum generi contingunt tales morbi? Cauſa eſt, propterea quòd corpus à corpore, natura à natura, nutrimentum à nutrimento differunt. Non enim omnibus animalium generibus incongrua eadem, vel congrua ſunt, ſed alia aliis conveniunt. Quando itaque aër hujuſmodi inquinamentis, quæ hominum adverſantur naturæ, repletus fuerit; tunc homines ægrotant; quando verò alicui alteri animalium generi aër incongruus extiterit, illa ſimiliter ægrotant.* Qui autem Hippocratis ſententiam exemplis illuſtrare aggreſſi ſunt, nimirum ſturnos cicutâ, coturnices veratro, turdos cantharidibus impunè veſci, quæ homini, aliiſque ferè animantibus adverſantur; ac inſuper anima-

[a] *Lib. de Flatib. num.* 8. Hãc quæſtionem acutè ſolvit Hippocrates.

Exemplis res illuſtratur.

animalia pleraque cœnoſo aëri aſſueta, ſi in ſalubriorem transferantur, brevi tempore interire; ita ut ſalubritas non abſoluta, ſed relativa dicenda ſit; ii certè rationem à magno Hippocrate indicatam neque explicarunt, neque, quod deterius eſt, deprehendiſſe videntur. Age igitur diſpiciamus qui fuerit Hippocratis ſenſus, cùm ait, Corpus à corpore, naturam à natura differre. Aër quidem ſecum defert, ſuſpenſaque habet innumera, diverſaque corpuſcula, ita ut quæ ſpiritum ducunt animantes, eadem ſimul hauriant ſemina, quæ deinde per corporis vias, & canaliculos permeantia pro cujuſque corporis texturâ, & humorum temperatione, mixtioneque cum illis non idem efficere conſueverunt. In aliquibus enim ita ſolidas partes extimulant, ac vellicant ob figurarum, viarumque diſſimilitudinem: ita fluidas miſcent, atque perturbant, quòd alia ſibi ſimilia corpora motu cieant, ut funditus illas immutent. Præterea ob viarum, & tubulorum corporis diverſitatem cum aëre, potu, vel cibo hauſta corpuſcula, multis modis percolata, atque diſpoſita longè diſſimiles ſuccos efficiunt, aut noxios ſcilicet, aut ſalubres.

Hippocratis Sententiæ explicatio

Hoc autem apertiſſimo omnibus exemplo demonſtrare contendimus, nimirum ab iis, quæ ſub terrâ fiunt, ad ea quæ ſupra terram contingunt, ducentes argumentum. Enimvero in exiguâ telluris areâ quàm plurimas plantas ſibi proximas, quàm tamen inter ſe diverſas videmus enaſci; dulcibus enim, ſalubribus, & innoxiis deleteriæ, veneficæ, acres, atque amaræ adnaſcuntur; tum formâ, tum ſapore atque ingenio prorſus diſſimiles. Non aliâ profectò de cauſâ, quàm quòd diverſi hìc illic halitus, ac ſucci è terræ ſpiraculis prodeuntes in radicum oſcil-

Exemplum ex plantarum diverſitate repetitum.

Unde diverſa plantarum qualitas oriatur.

la

la,& plantarum viſcera illabantur: (quanquam nonnullæ illorum particulæ interdum, quòd meatibus non conveniant, excludantur.) qui mehercule ſucci, tametſi ejuſdem naturæ forent, ac poteſtatis, cùm deinde variis plantarum canaliculis, & tubulis excipiantur, variisque in vaſculis percolentur, omnino neceſſe eſt innumeris modis figuram, & craſim immutent, & alias, atque alias induant naturas, ac diverſos ſubeant motus, & inclinationes. Quo fit, ut vegetabilium quoque fluida inter ſe oriantur diſſimilia.

Huc accedit, quod in cunctis ſeminum utriculis nativus quidam ſuccus ineſt, qui fermenti inſtar in ſuam naturam convertit quidquid poſtea per analogiam in radicum oſcula excipitur, & aſſumitur.

Eâdem itaque ratione in animantibus tum ob ſalium, ſulphurum, ac ſpirituum, quæ cum aëre, ac pabulo recipiuntur, varietatem; tum ob diverſam ſolidarum partium texturam, & liquidarum temperationem, mixtionemque, tum ob nativorum ſuccorum fermentandi vim, eadem corpuſcula aliquando, atque in certo animalium genere ad veneni naturam evehuntur, mox interitum allatura. Unde, opinor, planum fit, cur per hæc tempora boves tantùm lue correpti pœnas dederint, nosque in tantas conjecerint anguſtias; unde divinâ primùm, ac deinde noſtri Principis benignitate ſumus expediti. Qua ratione idé fiat in animalibus

Eventa nonnulla observatu digna, in diversis boum speciebus, ac temperamentis, quorum rationes afferuntur.

CAP. IV.

ADeò rara sunt, vulgique captum superant, quæ in animantium peste contingunt, ut nisi pleraque ad posterorum memoriam literis prodita sint, vix fidem apud illos inventura videantur. Ejus generis est quod Romæ in proxima hominum pestilentia contigit : [a] nam vespillones omnes, ac libitinarii, quamvis assiduo inter polluta, ac fluentia tabo cadavera versarentur, intacti penitùs evaserunt; non alia, ni fallor, de causa, quàm quòd malis assueti, cùm tot ante oculos funera cernerent, nullo eorum sensu afficerentur, æquoque animo, atque hilari permanentes pestifera semina celerrimo spirituum, ac sanguinis motu partim dispellerent, partim temperarent.

[a] *Apud C. Gastaldium de Peste c.40. n.5. fol.266.*

Cur Vespillones tempore pestis immunes fuerint.

In hac autem boum lue, qui cibo, otioque obesiores cæteris, ac juniores erant, faciliùs morbo corripiebantur, ac citiùs interibant, quàm qui propter laborem graciliores erant, ac vetuli : unde emeriti, & qui plaustra trahunt, minùs omnium laborarunt. Cujus rei causam ad majorem, minoremve fluidorum copiam, & ad angustiores, patentioresque corporis meatus referendam crediderim. Enimverò pestiferum fermentum, ubi majorem humorum vim, quàm suâ labe corrumpat, ac majus etiam viarum impedimentum nanciscitur; ita ut foràs excurrere, atque expirare non possit, faciliùs immiscetur sanguini,

Quare boves pingues faciliùs labē exceperint.

guini, & ſpiritibus, viſceribusque adhæreſcit: quod ſanè in pinguibus ob eorum corporis ſtatum ſæpè ſæpius evenire conſuevit. Graciles contra, quanquam ipſi etiam venenum excipiant, indèque extinguantur; non rarò tamen fit, ut per apertos meatus promptiùs diſcludere ſoleant, ac diſſipare.

Alterum verò majorem admirationem habet: ſiquidem bubali fœminæ, quæ ſuis vitulis lac præbebant, majorem partem peſte correptæ evaſerunt; ſed iis mammarum papillæ exulceratæ ſunt; lactentes verò filii occubuerunt. Quod ſanè eam ob rem factum arbitror, quod erodens venenum naribus, atque ore à matribus hauſtum per obvias, ac patentes chyli, ſanguiniſque vias uſque ad mammarum tubulos pervenerit, ibique, cùm fortiùs papillas emungant vituli, ſalutarem veluti decubitum ſubſiſtendo produxerit: indè verò quoniam veneficum fermentum partim divertebatur in nati viſcera, quem utpote teneriorem necabat; partim in eorundem lactiferorum finibus hærebat, illoſque ob corrodendi vim facillimè exulcerabat; proinde matres ipſæ ſalutaribus hiſce plagis (quemadmodum in humanâ peſte ſuppurantibus citò bubonibus) identidem, ab interitu vindicabantur.

Quamobrem bubalorum Vituli interierint ſalvis matribus.

Nè cui verò dubitationem afferat, quòd non matres filiis, ſed filii matribus labem attulerint, quatenus ſcilicet iidem, contemeratis antea peſtifero tabo faucibus ubera ſiccando labefactaverint: illud enim advertimus lactantes matres priùs mœſtas videri cœpiſſe & cum lacrymarum effuſione caput demiſiſſe, quàm natos, qui, ſtatim atque luem excipiunt, à lactando propter dolentia oris ulcera deterrentur, atque deſiſtunt.

Occurritur objectioni.

Accedit præterea, quod in bubalorum armentis.

obſervatum fuerit ſteriles animantes, vulgò *bufale ſode* peſtiferâ lue frequentiùs interiiſſe; nimirum quia eædem nec lac præbent, nec plauſtra trahunt; quamobrem ut ſaginatæ venenum faciliùs exceperunt, ita, cùm lac non emittant, nec cribrum ad idem venenum excernendum paratum habebant.

Rumor per Urbem manat aliam nullam eſſe bovillæ ſtragis cauſam, quàm inſectum nomine Bupreſtin. Res diligenter expenditur, & refellitur.

CAP. V.

Manat in vulgus fama Bupreſtin hujuſce cladis auctorem eſſe.

INterea dum teterrimæ ſtragis cauſa, atque principium, & adverſus eam præſidia modis omnibus exquiruntur, conſtans per Urbem fama diffipatur, beſtiolam quandam Bupreſtin nomine, ab urendis bubus apud Græcos appellatam, ejus cladis auctorem extitiſſe. Eaque ſanè opinio per omnium animos pervaſerat, quemadmodum aſſolet fieri, cum hærentibus metu animis, & impendentium malorum gravitate perculſis torpent conſilia; ita ut abſurdiſſima quæque apud conſternatam multitudinem fidem inveniant: potiſſimùm verò, quòd Celeberrimus quidam Jure Conſultus doctiſſimuſque Patronus Pontifici Maximo luculentum planè libellum obtuliſſet, in quo ſæviſſimam ejuſmodi inſecti naturam, proprietateſque ex antiquis, ac probatæ fidei Scriptoribus quanquam brevi atque anguſtâ, dilucidâ tamen oratione recenſet, quam nos in hunc locum iiſdem verbis transferemus, ut noſtras ſubinde animadverſiones ſubjiciamus.

Jure Conſultus quidam libellum offert Summo Pontifici, quo opinionem ejuſmodi confirmet.

BEA-

BEATISS. PADRE.

N. *N. Umiliſſimo Oratore della Santità Voſtra, avendo tempo fa a caſo inopinato appreſo nella profeſſione legale alcune ſpecie confacevoli al fatale caſo della mortalità corrente degli animali Bovini, gli è riuſcito ultimamente di raccoglierle di nuovo, e confrontarle con gl'Autori anco legali, eſploratori della cagione del male, e ſuo rimedio.*

Che però ad ogni buon fine di giovare al Publico mediante il Divino ajuto, riverentemente rappreſenta alla Santità Voſtra reſtringerſi le medeſime alla proprietà di quell' animale chiamato Bupreſte, *del quale ne ſa menzione il* Teſto nella L. 3. §. Alio Senatus Conſulto. ff. ad Legem Corneliam de Sicariis.

Imperocchè i Buoi prima di morire infieriſcono, morti poi trovanſi col fiele travaſato, effetti ſoliti cagionarſi in individuo dal Bupreſte *ſecondo l'atteſtato* Catelliani Cottæ Mediolanenſis Juris-Conſulti. Memorialia *pag.* 549. *verbo*, Pityocampæ §. memini &c. *ivi:* Bupreſtis animal traditur ſimillimum Scarabæo longipedi, rarum in Italiâ, fallit inter herbas bovem maximè, unde etiam nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat, teſte Plinio &c. *Ed eſſo Plinio nell' Iſtoria Naturale lib.* 30. *cap.* 4. *n.* 80. *ove Bupreſte è animale rado in Italia, e ſimile allo Scarafaggio di longhi piedi, inganna fra l'erbe maſſimamente il Bove, e di quì piglia il nome; inghiottito adunque dal Bove, toccandogli il fiele,* lo fa gonfiare in modo, che crepa.

L'iſteſſo afferma Alexander ab Alexandro Genialium Dier. lib. 2. *cap. X. nel fine, ivi:* Bupreſtis verò animal inventu rarum in Italiâ ſimillimum Scarabæo, qui

inter herbas fallit ſæpe boves, quo devorato, ita concitantur rabie, ut actæ in furorem terrorem afferant, pauloque poſt rumpantur, ex quo perniciale virus confici dicunt, quod fœdiſſimè vexat, contra cujus exitium præſentaneo remedio Græci ſuccurri prodidere.

Da queſta più ampia aſſertiva dell' ab Alexandro naſce la differenza, perchè alcuni Buoi muojono ſenza gl' effetti ſudetti, derivando ciò dal morire queſti non di Bupreſte immediatamente inghiottito, ma di veleno contagioſo generatoſi in quelli, i quali l'hanno poſitivamente inghiottito, argomentandoſi da quelle parole ex quo perniciale virus confici dicunt.

A' Profeſſori di Medicina ancorchè baſti averli indicato come ſopra la veriſimile cagione della Mortalità, nondimeno trovandoſi tale, ſuggeriſce loro alcuni rimedj Andreas Tiraquellus in annotatione al ſudetto cap. X. di Aleſſandro ab Alexandro, allegando Plinio, il quale nel lib. 23. cap. 1. n. 10. e nel cap. 2. num. 80. e nel cap. 4. n. 90. dà per rimedj ſpecifici il moſto, *o* la Sapa, *o l'Onfacino, queſto in ſpecie lodato aſſai dall' iſteſſo Tiraquello in detta Annotazione lettera* D. *ivi*: Omphacinum contra Bupreſtin per ſe potum, laudatiſſimum. *Et Deus &c.*

Hactenus igitur Vir Doctiſſimus. Ego autem, ut verum fatear, adduci nunquam potui, ut in ejus ſententiam diſcederem, quod longè aliter ſe ſe rem habere comperiſſem, ubi eam quanta maximè poteram attentione animi, curâ, atque vigilantiâ, cùm diuturnâ eventorum obſervatione, tum cauſas inter ſe, atque effecta conferendo inveſtigaſſem. Quo circa cùm hujuſmodi quæſtionem permagni intereſſe putarem, quippe quod in eâ rei cardo verteretur, unde ſcilicet ſalus omnium, ac fortuna penderet, nè levi-

Quæſtio de morbi cauſa magni momenti eſt.

levibus momentis ſuſpenſos animos gererent, quibus incumberet cura ingraveſcentem peſtilentiam quoquo modo propulſandi, atque ut certiori viâ, & ratione morbum aggrederentur, non ancipites, aut irritas curationes adhiberent; in conventu apud Illuſtriſſimum Virum Bancherium orationem habui, qua Eruditiſſimi Viri ſententiam (quod ipſius pace dixerim) cùm non privata laus, aut gloria, ſed publica ſalus ageretur, pro meâ virili parte labefactarem. His autem verbis concepta fuit oratio.

Oratio habita apud Illuſtriſſimum Bancherium, qua propoſita ſententia refutatur.

X. Kal. Decembris MDCCXIII.

QUoniam id mihi negotii à Summo Pontifice datum fuit, ut Doctiſs. Patroni libellum ſibi oblatum ſtudioſiùs expenderem, num ſcilicet quidpiam fructuoſi in rem præſentem afferret; quippe quod is ſe certas, exploratasque hujuſce contagionis cauſas è Juris-Conſultorum fontibus hauſiſſe profiteretur; commiſſam mihi, ſuſceptamque provinciam eâ, qua potui, accuratione confeci. Quod ſi minùs omnia, quæ ad rem illuſtrandam pertinebant, ob ingenii mei tenuitatem fuerim aſſecutus, haud quidquam tamen dubitandum eſt, quin prolixo, libentique animo quidquid opis, atque auxilii in me fuerit, in publicam cauſam, commodumque contulerim. Primo itaque Bupreſtin venenoſum, ac mortiferum animal ſub iis herbis latitare docet, quibus paſcuntur boves. Id herclè nobis minimè ignotum affirmamus, cum longè uberiorem meſſem è noſtris Scriptoribus, unde fortè Juriſperiti in ſuos elices aquam derivarunt, collectam ac paratam habeamus. Ejus enim beſtiolæ mentionem non Græci ſolùm, atque Arabes, verùm etiam Latini fecerunt, ac

Juris-Conſulti Bupreſtis mētionem faciunt.

Græci, Latini, atque Arabes, ac præſertim recentiores de Bupreſti ſcripſerunt.

ac præsertim recentiores Naturalis Historiæ Scriptores, qui singula subtiliter sunt executi. Ex iis igitur jure optimo, utpote qui ejus animalis naturam, ac proprietates curiosè descripserint, ad nostram sententiam confirmandam testimonia proferemus. At verò inter omnes convenit, Bupreſtin insectum quoddam esse Cantharidi cùm formâ, tum acerrimi, atque erodentis veneni atrocitate quàm simillimum: senis quidem pedibus,& alis,& antennis instructum. In Italia planè infrequens, non Plinio solùm teste, verum etiam Aldrovando, qui nunquam se se ejus generis bestiolam oculis usurpasse fatetur: cum contra Moufetus Marcellum Virgilium laudet auctorem, qui frequentiorem illam ibidem esse conqueritur, quàm agrestium res, & fortuna patiatur.

Bupreſtis Cantharidi similis, major Scarabæis.

In Italia infrequens est,ac perrarò visitur. Marcellus Virgilius longè aliter sentit.

Utrum autem immanissimæ boum cladis,quæ nunc omnes solicitos habet, ea demum sit origo, jure merito in contentionem venit: ad illam enim averruncandam repertum quoque foret alexipharmacum, si morbi causa constaret.

Sed quanquam primâ specie Bupreſtis suspicionem movere possit, quod unanimi Scriptorum omnium auctoritate confirmatum, comprobatumque sit eandem bubus præcipuè infestissimam esse, eiusque lethiferum morsum incommoda quædam comitentur admodum illis similia, quibus nostri boves nunc temporis afficiuntur: hujusce tamen internecionis causam in Bupreſtin minimè conferendam his potissimùm rationibus persuasum habeo. Enimvero cùm de ejusmodi rebus, quæ sub sensus cadunt, disceptatio instituta sit, haudquaquam conjecturâ,aut incertis opinionibus judicandum, sed manifestissima quæque, ac sensuum judicio comprobata tenenda sunt, & contraria omnino repudianda: nam

Septem rationibus à Bupreſti suspicio amovetur.

Quæ sub sensus cadunt sensuum exploranda judicio.

sæpe-

ſæpenumero quæ ad veri ſimilitudinem accedunt, à veritate ipſâ quàm longiſſimè aberrant. Et quidem ſi Bupreſtis, ut ajunt, hanc bubus calamitatem importaret, non narium modò olfactu, verùm etiam oculis fuiſſet deprehenſa: cùm tamen id genus inſecti diu quidem in Agro Romano quæſitum, nondum planè fuerit inventum; quandoquidem Scarabæis nihil quidquam magnitudine concedit, cantharidas autem ſuperat, & intolerabili quadam odoris fœditate ſe prodit. Quapropter ſi neque oculorum aſpectu, neque teterrimo odore haſce beſtiolas in agris noſtris huc uſque deprehendimus, quî culpam in eas derivare poſſimus ſanè non video.

I. Ratio. Bupreſtis & magnitudine & odore ſe prodit; nondum verò uſpiam eſt deprehenſa.

Huc accedit, quod qui de Bupreſti, ejuſque acerbitate ſcripſerunt, tanquam de peculiari quodam veneno, non de communi aliquâ peſtiferæ contagionis cauſâ agere videantur: quamobrem ea tantùm docent remedia, quæ uni, aut alteri pecudi morſu violatæ, non integris autem armentis, perinde ac ſi luem inde contraxerint, admovenda ſint. Neque verò illud ſilentio prætereundum eſt, haud unquam ſcilicet evenire, ut ſi boves aliquot Bupreſtis veneno fuerint contacti, ad cæteros ejus mali contagio pertineat: cùm è contrario morbus, de quo ſermonem inſtituimus, vulgari in pecora vel halitu, vel contactu ipſo conſueverit, ac ſæpe morboſæ unius pecudis vitio quàm plurimæ, ſi ad eam propiùs acceſſerint, quàm citiſſimè contaminentur. Cæterùm interire quidem ſolent à viperis, aut rabioſis canibus morſu appetiti: nullam tamen indè labem, qui ejuſmodi ægrotis aſſident, contraxere. Quapropter quæ de Bupreſti vulgò feruntur, explodenda ſunt, atque ejicienda.

II. Bupreſtis venenum contagionem non affert, ſed ſingulis tantùm nocet; at præſens morbus vicinitate ipſa contrahitur.

Verùm enimvero etſi quæſitas jamdiu beſtiolas repe-

III. Compertum est hujusce contagionis initium è Campania primùm illatæ per infectos boves.

reperissemus, longè fallerentur opinione qui in illas suspicionem contulerunt; cùm revera constet è Campaniâ ac Neapolitani Regni finibus non inopinatò quidem, sed consideratam jam pridem, atque prævisam pestilentiam huc importatam fuisse: cùm enim maximè contagium timeremus, haudquaquam vias adituſq;omnes obstruximus,quibus in nos posset invadere. Et quidem ut boum nundinæ ab Eminentissimis Patribus, qui subjectorum incolumitati modis omnibus provident, in Ecclesiasticæ ditionis finibus interdictæ fuissent, nè huc quoque fœdissima lues ingrueret; quidam tamen callidissimi mercatores à consulari viâ digressi per diverticula boves quamplurimos peste contactos in hasce regiones induxerunt, nostrisque bubus, sanis cæteroqui, ac vigentibus permiscuerunt; ac proinde non Bupreſtium vulneribus, aut volatu, sed callidorum hominum avaritiâ planè detestandâ, quæ Reipublicæ labes, atque pernicies esse consuevit, factum est, ut gravissima contagionis semina in agris nostris à primo dispersa fuerint.

Avaritia Reipublicæ pestis.

IV. Necessariò credendum est non aliquot sed innumeras Bupreſtes tantã stragem edidisse: atqui nullam huc usque vidimus.

Ad hæc cùm tanta boum strages edita sit, ut trium penè mensium spatio quatuor supra viginti millia, quo numero centum aliquot,aut ducenti bubali continentur, interierint: non paucos sanè Bupreſtes, atque ita latitantes, ut visum fugerent, sed frequentia earum examina ex uno in alium campum evolasse dicendum est: quod nemo quisquam huc usque animadvertit, tametsi bubulci omnes noctu, atque interdiu ad custodiam armentorum excubent, vigilentque.

V. Aliquot armenta intacta fuerunt: id per Bupreſtin minimè licuisset.

Præterea ad amoliendam omnem Bupreſtis suspicionem facit, quòd quædam armenta communi exitio prorsus intacta superfuerint, non aliâ quidem de

causâ,

cauſâ, quàm quod diligentiſſimè proviſum eſt, quo nè ullo inquinatorum boum, aut canum, aut paſtorum, aut cæterarum ejuſmodi rerum contagio, aut fomite inficerentur. Ecquid enim Bupreſtis, aligerum animal, incolume, aut intentatum reliquiſſet, cui nemo quidem certè faciles aditus in campos, & prata omnia quamvis obſepta, & munita cuſtodiis potuiſſet intercludere? Quid? quòd non pauci boves ſuos in ſtabulis fœno duntaxat, aridiſque herbarum foliis alunt, ſe ſe aliquid in tantis malis profecturos rati; nihilo tamen minus eam perniciem effugere potuerunt, quod cæterarum rerum contactum, quæ contagione pollutæ fuerant, non herclè pari diligentiâ præcaverunt.

Præterea qui boves ſuos non gramine, ſed fœno, aridiſque frondibus alebant, nihil quidquam profecerunt.

Quis autem ignorat, quin Bupreſtis, ut ut plerunque boves interimat, alios etiam animantes, ut verveces (quemadmodum teſtatur Jacobus Grevinus de Venen. cap. 11.) & capras, & equos (utì Vigetius lib. 3. Artis Veterin. cap. 78.) quin etiam ipſos homines exitiali veneno aggrediatur, ut Scriptores cæteri omnes affirmant. Ac proinde, inquit Aëtius, volucrem iſtam adeò venenatâ naturâ præditam eſſe, ut non pecudes modò, ſed & homines à totâ ſubſtantiâ corrumpat. Hinc jure optimo Bupreſtin propinantes lege capitali teneri narrat in Pandectis Budæus. Lex autem ita ſancit. *Qui Bupreſtin, vel Pityocampen tanti facinoris conſcii, aut mortiferi quid veneni ad necem accelerandam dederit, judicio capitali, & pœnâ legis Corneliæ afficiantur.* Quî ergo fieri potuit, ut boves tantummodo Bupreſtis veneno læderentur, cùm iiſdem paſcuis permixtim equi, capræ, verveces, uterentur? Quinimmo ipſos etiam homines lues invaſiſſe, qui non ſolùm taraxaco veſcuntur, quod conſuetum Bupreſtibus eſt alimentum,

VI. Bupreſtis nõ boves ſolùm, ſed cæteras etiã animantes inficit. Atqui boves duntaxat intereunt.

Qui Bupreſtin propinarunt capitali lege tenentur.

Taraxacum Bupreſtium cibus.

tum, utì Bellonius animadvertit in Descriptione Montis Athos lib. 1. Obs. 45. verùm etiam sæpissimè boum carnes hujuscemodi morbo interemptorum impunè cœnarunt? Et quidem compertum est homines aliquando in rabiem verti, cùm rabiosæ animantis carnes devoraverint, ut Clarissimus Joseph ex Aromatariis affirmat lib. de Rabie Contag. part. 2. partic. 1. pag. 23.

VII. Nulla Bupreſtis veneni ſigna deprehendimus.

Denique haud ullum ex iis ſignis, queis Bupreſtis venenum agnoſcitur, in hac contagione deprehendimus; non enim ægros boves dolor, & anxietas, ſed tacitus languor, vulgò *impuntatura*, corripit, atque interficit: neque ullum alexipharmacum adversùs Bupreſtin à Scriptoribus indicatum quidquam iis profuiſſe reſcivimus. Quid igitur reſtat, niſi ut candidè fateamur genus quidem cauſæ, è quo fonte iſta calamitas derivata eſt, apertiſſimum nobis eſſe, atque in erodentium partim, partimque coagulantium venenorum numero ponendum: ſingularem verò illius ſpeciem planè nos ignorare? Neque verò novum eſt *in animalium corporibus* (ut de Hydrophobia Cælius [a] Aurelianus tradidit) *ſinè manifeſta cauſâ peculiare venenum innaſci, quod poſtmodum cætera contagione corrumpat*.

Cauſæ genus notum eſt, ſed ſpecies ignoratur.

[a] *Lib. 3. acut. Morb. cap. 9.*

Altera

Altera morbi idea proponitur, & refellitur, videlicet Vermem quendam, in naribus prope cranium enaſcentem, ejus cauſam habendum eſſe.

CAP. VI.

NEc ſanè defuit qui morbum, quo boves tunc temporis correpti interibant, non alium eſſe affirmaret, quàm qui vulgò dicitur *Accettone*, eumque ab inſecto quodam enaſci in narium cavitate prope cranium latitante, ita ut perdifficiliter diſſectis inveſtigari poſſit; idque ex hiſce indiciis apertiſſimè conſtare aſſeverabant; videlicet ſi bos ſtupidior ob vertiginem videretur, ac furentis inſtar pabulum devoraret. Morbum verò adeò celeriter animantes ad interitum adigere, ut bidui ſpatio, aut paulo minùs eaſdem proſterneret, niſi commodùm ea remedia fuiſſent adhibita, quibus equi *caſtronis* morbo, qui dicitur, curari conſueverunt. Eorum autem formula ſequens proponebatur.

℞. Myrtilli, abſynthii, roriſmarini, ſalviæ, allii, baccarum lauri, & juniperi ana partes æquales: miſceantur, & mediocriter contuſa imponantur igni ad ſuffitum boum naribus admovendum.

Hoc enim pacto vermem illum è narium latebris foràs ejici putabant: præſertim verò ſi grana aliquot ſalis in prunas injicerentur; tunc enim emicantibus indè ſcintillis, & crepitu boves perterrefacti, ac graviter proflantes naribus, faciliùs beſtiolam deliteſcentem eliminarent, quæ parùm longa, ſed admodum dura, ac fœtida tandem deprehenditur.

Hujus autem opinionis falſitatem facillimè per ipſam experientiam aſſequuti fuimus. Etenim cùm

aliquis ex affectis bobus per nares assertum vermem emisisset, illum quidem nil aliud esse deprehendimus, quàm verum polypum ex ipsamet mucositate narium conflatum, qui deinde per suffitum paululum dissolutus facilius stertentis bovis concussione expellitur.

Historia Bovillæ contagionis è marmoreo bovis capite profectæ, quid sibi velit explicatur.

Sed quid frustrà commentitias hujusce calamitatis causas expendimus, quum tam apertè falsitatis argui posse videantur, quæ de bupresti, ac narium verme nostrâ hac tempestate manarunt in vulgus, quàm visu digna sunt quæ Romano II. imperante in simili contagione à Græculis jactata fuerunt. Ajebant enim quum Romanus senior æstivum palatium conditurus proximè Bovi cisternam effodi jussisset, inventum marmoreum bovis caput; quod à fabris in calcariam fornacem conjectum, ac in pulverem reductum fuit: atq; exinde bubuli pecoris cladem occidionemq; ad Romani usque II. tempora. Verùm hæc planè jocularia, ac deridenda verissimam luis causam videntur innuere, ab infecto scilicet bove, non marmoreo quidem, atque inanimo, sed viventi ad ejus generis armenta propagatæ. *Vide Cedrenum tom. 2. Rom. II. Imp. & Michaelem Glycam Annalium parte IV.*

Bovilla pestis num oriatur à peculiari specie insectorum contagionem promoventium.

CAP. VII.

[a] *Nimirum Carolus Franciscus Cogrossi, & Antonius Valisnerius, alter Cremæ, alter in Patavino Lyceo Celeberrimi Medicinæ Professores.*

CUm de iis affectionibus dictum sit, quæ in bovillâ contagione partim nomine morbi, partim symptomatum apud Medicos appellari consueverunt, ad ea nunc veniendum, quæ causarum locum tenent; quas inter nonnulli [a] recensuerunt certa quædam perinde quasi examina peculiarium vermiculo-

culorum, à quibus ut ſcabies ſævus inter contagioſos morbus oritur ; ita bovillam luem proximè per contagium, vel remotè per fomitem de infectis in ſana pecora propagari veroſimilibus conjecturis exiſtimant. Et quidem huic opinioni citra omnem diſputationis contentionem, ut fieri debet, ſententiam meam adjungerem, ſi propriis ipſe oculis vermes in illorum ſanguine, aut quærere ſtuduiſſem, aut caſu ſaltem offendiſſem. Sed quoniam in eorum duntaxat cute, naribus, ore, & faucibus, quæ ſuperficies ſuas externo aëri contiguas habent, illos mihi cernere datum eſt; meritò idcirco tanquam de re, ut admodum probabili, ita apud nos nondum certâ quoquo modò hæſitamus, non dubitantes tamen, quin hujuſmodi hypotheſis ad eas ſit referenda, quæ, licèt nudis ſenſibus ſint imperviæ, eſſe tamen veræ, ac tempore, diligentiâque in clariorem lucem proferri & poſſunt, & ſolent.

Bovillam peſtem inſtar ſcabiei à vermiculis progigni, & propagari putant aliqui.

Vermes in boum ſanguine nondũ ab Auctore viſos.

Hæc tamen inter probabiles hypotheſes numerari poteſt.

Quod autem dicatur ab aliquibus in emiſſo ab affectis bobus ſanguine nudis, aut etiam microſcopio armatis oculis, vermes inſpectos fuiſſe; id nova rurſus egere animadverſione putamus; nam cruor poſtquam reſederit, atque in grumum converſus fuerit, ab aëriis infectis ita infici poteſt, ut ocyſſimè confertiſſima quidem, ſed tamen omnino advenâ vermium familiâ ſcatere conſpiciatur. Qua de re animo diſcruciamur, quod nihil certi de ejuſmodi argumento à nobis decerni poſſit, quod alioquin, ut maximè veroſimile, excitatum, probatumque non tantùm à recentioribus, Kirckerio potiſſimùm, Fabro Chymiatro, Langio, Cogroſſio, & Valiſnerio, ſed à priſcis etiam graviſſimis auctoribus diligenter ſcriptis commendatum videmus. Etenim M. Varro, [a] & Columella, [b] ubi agunt de occultis, & peſtiferis morbis

Occurritur objectioni, quod vermes ab aliis viſi ſint.

[a] *De Re Ruſtic. lib.* 1. *cap.* 12.

[b] *De Re Ruſtic. lib.* 1. *cap.* 5.

morbis à paludum vicinitate ortis, ejuſmodi vermiculorum meminerunt. Varro enim in hæc verba loquitur. *Advertendum etiam, ſi qua erunt loca paluſtria; nam propter eaſdem cauſas, & quod areſcunt, creſcunt animalia quædam minuta, quæ non poſſunt oculi conſequi, & per aëra intus in corpus per os, ac nares perveniunt, atque efficiunt difficiles morbos.* Columella verò clariùs adhuc ſententiam ſuam aperit, inquiens. *Nec paludem vicinam eſſe oportet ædificiis, quod caloribus noxium virus eructat, & infeſtis aculeis armata gignit animalia, quæ in nos denſiſſimis examinibus involant. Tum etiam natricum, ſerpentiumque peſtes, hybernâ deſtitutas uligine, cœno, & fermentatâ colluvie venenatas emittit, ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi, quorum cauſas nè Medici quidem perſpicere queunt.*

Antiquiſſimum eſt de verminoſo miaſmate placitum.

Sed quoniam ad publicam utilitatem perinde eſt in morbidis effectis, atque illatâ animalibus clade, ſi pro illorum cauſâ animatum in ſanguine ſeminarium, vel inanime prorſus miaſma ſtatuatur; quoties nihil ab uno, vel altero ad ſpecificum antidotum reperiendum deduci poſſit: Lugeamus nondum inventum fuiſſe vel apud Venetos, ac Mediolanenſes, ubi ſtrages hæc graviùs armenta, & diutiùs afflixit, verum, certumque præſidium; tametſi antielminthica, hoc eſt vermes necantia (quibus nos etiam inutiliter Romæ uſi ſumus) ſedulò adhibuerint. Lectores igitur ſatis admonitos arbitramur, ſi dicamus in bovillâ peſte ſententiam de verminoſâ putredine iis adnumerandam eſſe, quæ probabiles utique, non verò extra omnem dubitationis aleam poſitæ ſunt; multùmque apud Rempublicam literariam præ cæteris promeritum fuiſſe doctiſſimum Valiſnerium, qui effatum hoc de vermibus in bovillâ peſte pluribus conjecturis explicaverit. *Au.*

Inutilis Reipublicæ inquiſitio, quæ remediorum inventioni non favet.

Clariſſimus Valiſnerius commendatur.

Auctoris opinio de causâ bovillæ pestis, deque modo, ac viis, per quas intrà eorundem animalium corpora per contagium, vel fomitem se se insinuat.

CAP. VIII.

ILlud hoc loco præmonere inter necessaria ducimus, nihil esse, quod nobis ad res arduas pernoscendas tutius, atq; expeditius iter muniat, quàm illa vestigandæ veritatis ratio, quæ à perceptis & cognitis ad minùs explorata mentem dirigit, ac paulatim quasi involutam rerum intelligentiam explicat, atque illustrat. Propterea quærenti mihi probabiliores grassantis apud nos bovillæ contagionis causas, nonnulla visa sunt præmittenda, quæ, cùm per se dilucida ac perspicua sint, obscuro huic argumento meâ quidem sententiâ plurimùm possunt lucis afferre. Quanquam verò hæc omnia hìc illic nostris in commentariis dispersa inveniuntur, quò celerius tamen isthæc, atque uno intuitu perspici possint, eadem in unum diligenter collecta hìc exhibemus. Multa porrò sunt, quæ certa, ac manifesta repetitis observationibus in ejusmodi lue deprehendimus.

Quænam optima indagandi veri ratio.

Observationes certissimæ in hâc contagionem.

I. Nullum armentum, ac nè unum quidem bovem communi morbo sponte sua, sed per contagium, aut fomitem semper ægrotasse. Contagioni verò aditum aperuisse non polluti solùm bovis cujuspiam, sed longè frequentiùs pastorum, aut veterinariorum, sæpissimè verò canum, aliorumque animalium eodem tabo affectorum vicinitatem: hæc enim, aliaque multa, dum ab infecto ad sanum armentum accedunt, ipsius pestis semina, hoc est fomitem, secum deferre solent.

I. Cuncti boves non sponte sua, sed contagio tãtùm ægrotarunt.

II. Mor-

II. Luis venenū ex ore, naribus, & oculis in sanguinem subit.

II. Mortiferum venenum, quod boves per contagionem adoritur, quamvis statim ab initio sedem suam, irritando, atque exedendo in ore, naribus, oculis, & faucibus figere videatur; propagari tamen in stomachum, & pulmones, simulque fœdam labem è vestigio in sanguinea, nerveaque vasa diffundere ostendunt multiplices hìc, atque illic tum liquidarum, tum solidarum partium affectiones, quæ partim in ægris per symptomata, partim in mortuis per dissectiones apparuerunt.

III. Non tantùm febri, quantùm deglutiendi difficultate boves interibant.

III. Quæ intereunt, animantes pleraſque omnes non tantùm febris æstu confici, quantum mandendi, deglutiendi, ac respirandi difficultate. Unde in earum cadaveribus linguam, fauces, pulmones, primæque concoctionis officinas tumore, ulcere, inflammatione, ac sphacelo labefactatas animadvertimus.

IV. Ii, quibus externi decubitus contigissent, interdum evadebant.

IV. Illos duntaxat boves, & quidem admodum raros mortem effugisse, quibus abscessus, ac decubitus in formam tuberculorum, scabiei, depilationis, vel rhagadum in uberum papillis, vel crurum imbecillitatis fieri contigerit: ita ut pauci prorsus boves per diuturnum morbum defuncti periculo fuerint, vitamque redemerint.

Quæ sit bovillæ pestis causa.

Hæc, arbitror, nos apertissimè docere non aliam esse bovillæ pestis causam, quàm corpus, sive corporis particulas, quæ summâ quidem tenuitate, pernicitate, atque agendi vi præditæ ad brevissimum tamen moveantur intervallum, ita ut ab alio in aliud corpus, aut contactu, aut saltem per fomitem proximitate ipsâ deferantur, ac transeant.

Est quoddam peculiare venenum

Similiter ex præmissis observationibus inferri potest tenuissima ista corpuscula contineri sub genere irritantium, corrodentium, ac perturbantium texturam, motum, temperationemque tam solidarum, quàm

quàm liquidarum partium bovillæ naturæ. Quod ſanè idem eſt, ac ſi dicamus peculiaris veneni rabiem, indolemque redolere, cujus illud proprium eſt, ut dum animalium machinam labefactat, atque peſſundat, id quoque ſuopte ingenio moliatur; ut corpuſcula ſibi ſimilia maximâ copiâ ſano in corpore, quod invadit, recens excitet, explicetque, ac ſuo contactu multiplicet. Quamobrem non illæ duntaxat moleculæ, quæ ſub contagionis initium ab ægris in pecudes omnino incolumes tranſierunt, tot tantaſque edunt ſtrages; verùm etiam quæ noviſſimè ad illas adjunctæ, atque commotæ eandem veneficam vim adipiſcuntur. Enimvero evidentem hanc, & ſub oculos cadentem fermentorum accretionem obſervamus in panificio, dum exigua fermenti moles totam maſſam corrumpit, atque in ſui naturam convertit. In vini etiam dulciſſimi dolio, quod modico infuſo aceto ſtatim inaceſcit. Denique in corporibus à vipereo morſu ſauciatis, quæ momento temporis tota eodem tabo turgeſcunt, ac labefiunt. Itaque nihil mihi reliquum eſſe videtur, quo minùs luculenter intelligi poſſit bovillæ peſtis cauſam ejuſmodi corpori tribuendam, quod majoris perſpicuitatis gratia peſtiferum fermentum appellamus; cujus ea vis eſt, ut cùm primùm bovem attigerit, narium, oculorum, & oris (quæ viæ ſunt patentiores) texturam vellicet, atque extimulet: unde & mucus, & lacrymæ funduntur; indèque in ſanguinem, & nervorum genus per pulmones ſimul, & ſtomachum illabatur. Scimus enim illuc cum aëre, huc verò cum cibis, & potibus, quæ proxima, immixtaque ſunt, corpuſcula iter ſibi patefacere, ac proinde tum ulcera, phlogoſes, ac febres, tum virium languores, cæteraque ſymptomata efficere, quæ

Fermenta facilè multiplicantur.

Quibus viis venefica lues in bovilla corpora ſe inſinuet.

plerunque ideo boves citiùs etiam occidunt, quia cùm illorum fauces labefactent, impedimento sunt, quo minùs possint deglutire: quare alimenti etiam penuriâ decedunt: enimvero corrosiva salia cibo, ac potu maximè dulcescunt, suntque sola præsidia, quibus vires reficiuntur, ac recreantur.

Hìc inseritur dissertatio ab Auctore data ad Antistitem Borromæum.

Sed quoniam multa, quæ pertinent cum ad pestiferæ contagionis vim, & naturam, tum ad modum, & vias, quibus veneficum hoc fermentum in animalium corpora subrepit, & quaqueversus se diffundit, tum etiam ad ejus effecta, casusque varios explicandos jam exarata utcunque habemus in epistolari dissertatione, quam de hoc eodem argumento dedimus ad Illustrissimum, ac Reverendissimum Antistitem Borromæum; postquam scilicet doctissimus hic Vir bovillæ luis in agro Patavino tunc grassantis historiam ad me perscripserat; idcirco, nè actum rursus agamus, atque ut reliqua, quæ à non paucis peritissimis in arte Viris in eâdem Dissertatione haud planè spernenda habita sunt, proponamus (cùm scilicet illam Hetrusco sermone Venetis primùm, mox Neapolitanis Typis editam viderunt,) rem lectoribus non omnino ingratam nos facturos arbitramur, si nunc à præclarissimo Scriptore latinè redditam hìc subnectemus.

JO: MARIÆ LANCISII
EPISTOLARIS DISSERTATIO
Ad Doctiſſimum Virum
ANTONIUM MARIAM BORROMÆUM
E Theatinorum Familiâ nunc verò Epiſcopum
Juſtinopolitanum meritiſſimum
DE BOVILLA PESTE
Veneta Armenta depopulante, ab Hetruſco in Latinum ſermonem converſa.

REVERENDISSIME PATER.

I.  Irificè tuis literis ſum delectatus, Vir cum primis Rever. non ſolùm quòd luculentam tuæ in me voluntatis, ac benevolentiæ ſignificationem habeant; verùm etiam quòd tuis in atrociſſimam boum luem obſervationibus, qua Venetis Provinciis acerbum vulnus, neque dum obductâ cicatrice, inflictum eſt, ita rem diligenter es perſequutus, ut præſentibus illæ, poſterisq; clariſſimam lucem præferre poſſint. Profectò ſi quis, neglectis rerum originibus, contagionumq; in animalibus effectis, quæ ſymptomata Græcis nuncupantur, ſe poſſe putat in ipſarum cauſas penetrare, curandique remedia certâ lege proponere, in errorem turpiſſimè labitur, & ab Hippocratis doctrinâ, quo nemo prudentior in Arte Medendi, nemo doctior fuit, longiùs aberrat: *Ægrotos*, inquit ille, *conſiderare oportet ſtatim in conſtitutionis morborum principio.* *De affect. n. 2.*

pio. Atque utinam hac ipsa eventuum ignoratione non ego quoque à veritate declinaverim, cùm ante duos menses, jubente Cornelio Cardinali amplissimo, de hujusmodi contagione pauca, & festinanter disserui. Verùm non is mihi animus est, quem pigeat, aut qui à Philosopho alienum reputet sententiam mutare. Id sanè qui negligit, mavultque ingenii sui fœtus deformitate obsolescere, quàm censorio stylo expolire, in eos utique novercale odium profitetur.

Reprobãtur Medici, qui à medicina abhorrent Veterinaria, & quare.

II. Neque verò mihi probant Medicorum aliqui consilium suum, qui delicati, ac fastidiosi non personæ, & dignitatis esse arbitrantur, mentem, atque animos ad eam medicinæ partem demittere, quæ Veterinaria dicitur, Brutorumque valetudini inservit. Quasi genus hominum suæ præcepta salutis in scholis tradita, Animantium maximè documentis non debeat, quorum beneficio omnis illa profluxit curandorum corporum disciplina, quæ Græco nomine ab experientia *empirica* appellatur. Enimvero cùm artem illam medendi complector animo, quæ ratiocinando adhibetur, cuique mihi gloriæ duco nomen dedisse, eamque adultam, innutritamq; video tum sedula corporum sectione, tum subtili, arduaque cognitione, ac scientiâ modorum, quibus ægritudines in aciem prodeunt; nequeo profectò erga bruta animantia, atque omne plantarum genus occultâ quadam animi vi non commoveri, è quorum viscera ferro sejunctis dissolutisque manavit, ac propemodum absoluta est ars illa incidendi, quam propterea quòd è cæterorum viventium extiscipio progredimur ad cognoscenda hominum viscera, comparatam vocant. Quæ quidem ars præstantissima non cuipiam è Recentiorum Schola, sed antiquissimo, & primo ex omni memoria rationalis medicinæ inven-

Rationalis Medicina à Brutorum sectione incrementum cœpit.

Brutorum anatomes laus, & usus.

Ejus inventor Hippocrates.

inventori Hippocrati accepta referenda eſt. Is enim non uno in loco, & præſertim in eo libro, quem de Pueri naturâ inſcripſit, ita format, atque imbuit medicinæ artis alumnos, ut eos mente aſſequi velit cunctorum Animantium ſpeciem, qua perceptâ ad ſublimem hominum naturam inveſtigandam iter ſibi munire poſſint. At verò quàm mirificâ dicendi vi, quo verborum impetu eos urget, atq; obteſtatur, ut, quæ ſatis laudari nequit, plantarum, ovaque parientium anatomen aſſiduâ exercitatione pertractent? Ipſius mehercule verba operæ pretium eſt audire, quamvis jampridem tibi, Vir ampliſſime, ſint compertiſſima. Igitur poſtquam doctis ſermonibus agitaverat, quæ ſeminum compago ſit, quæ arboribus nutriendi ratio, quæ inſerendi, transferendique, id omne ad hominis fœtum traducit in utero adoleſcentis: *Quod ſi quis*, inquit, *conſiderare velit ea, quæ de iis dicta ſunt ab initio uſque ad finem, inveniet naturam omnem conſimilem eſſe, & ex terrâ naſcentium, & hominum.*

Quin & Plantarum, & Ovorum incubatorum obſervationis.

Loc. cit. à n. 23. ad 30.

III. Et manet in ſententiâ Hippocrates, dum propoſitâ ovorum incubatorum ab altero ad vigeſimum diem obſervatione pulli ſeſe explicantis motus, atque incrementa nos in cognitionem deducere poſſe ait, quid agant in ovo, uteroque ſuo quadrupedum, atque hominum fœtus; quod cæteroquin in maximâ caligine deliteſceret. *Inveniet*, inquit, *omnia ſe habere juxta meum ſermonem, quomodo volucris naturam ad humanam conferri oportet.*

IV. Age verò ex hujuſmodi rerum contemplatione idnè ſolùm oritur utilitatis, quæ integrâ, ac firmâ hominum perquirendâ valetudine continetur? Enimverò ſi Hippocratem audiamus, longè hinc præſtantiori beneficio aucti ſumus. Quandoquidem ſectis, apertisque Brutorum extis quandam conſpeximus

Ejus utilitas exemplis comprobatur.

ximus non leviter adumbratam morborum imaginem, quibus homines conflictamur. Is enim primùm diligenter inſpecto, quo ægrotationis genere, deinde qua ſimul corporis parte Bruta debilitarentur, ad ſedem affectæ valetudinis, cùm eodem morbo concutimur, conſtabiliendam, aditum ſibi patefecit. Ut reliqua taceam, Capreas ſatìs eſt commemorare, quarum capite diſciſſo reperit comitialem morbum ab acri, ſulphureoque humore, è vaſis in extimam cerebri partem diffuſo, ac ſtagnante, originem frequentiùs ducere. *Cognoverit autem*, ait, *hoc ipſum quis, & maximè ex Ovibus hoc morbo correptis, & præſertim Capreis; ita enim frequentiſſimè corripiuntur. Si enim caput ipſarum diſſecueris, reperies cerebrum humidum eſſe, & ſudore refertum, & malè olens.*

Lib. 6. de morb. ſac. n. 13.

A brutorum affectionibus deducuntur ſitus, & cauſæ humanarũ ægritudinum.

V. Hinc verò quis dubitet, eos procul à veri, utilis, honeſtique finibus digreſſuros, qui idcirco Medicorum aliquem objurgatione dignum exiſtimarent, quod mentem, cogitationemque ad graſſantis modò peſtilentiæ, ejusque propagationis cauſas evolvendas adjiceret? Oſtenderent enim ſe longè ab Hippocratis libris peregrinatos, ubi non rarò magnum iſtud medicinæ lumen Armentorum ægrotationibus noſtrorum morborum indolem, ſtatum, conditionemque declaravit. Proferre poſſem librum de Articulis, ubi luculenter luxati in bobus femoris experimentum affert; ſed modò exemplum eligere lubet aquæ intercutis, qua ſi quis neget propter diſruptas ydatides pectus laborare, illum bove diſſecto rei compotem fieri jubet: *Teſtimonium*, inquit, *habeo in bove, ſi enim diſſecueris, certiſſimè cognoveris.*

De intern. affect. n. 25.

Et Sacrorum Codicum auctoritate comprobatur.

VI. Quòd ſi Deuteronomii præceptum ſequutus, vel quantùm nobis eorundem, aliorumque haud paucorum quadrupedum viſcera colluſtrantibus obve-

veniat emolumenti, dicendum ſuſciperem: (ſic enim uſu carnium ſalubriori ad tuendam valetudinem uteremur;) opus certè aggrederer inofficioſi hominis, ac laborioſi. Cùm enim Philoſophiæ, nedum Theologiæ cultoribus ad ſcientiam rerum clariſſimarum pateant Sacrorum Codicum fontes, quî tibi, Vir doctiſſime, ignoti eſſe poſſint, cùm ex utrâque diſciplinâ magnam tibi nominis famam comparaveris? At quid iſta ad rem noſtram? Ego quidem, ut verum fatear, hanc veluti de propoſitâ quæſtione differendi arcem æquè mihi munire volui, ac tibi, cæterisque Regionis veſtræ magno ingenio Viris, & præſertim familiari noſtro Cl. Ramazzino, quo plurimum Patavina ſplendet Academia. Hos enim rumor eſt in hoc ipſo argumento verſari, illudque ſummo ſtudio exponendum, enucleandumque ſuſcepiſſe.

VII. Jam igitur, ut quæ mea de hujuſmodi Boum contagione ſententia ſit, perſpicuè aperiam, eam dividam in partes tres. Agam primò de morbi genere, ac novum nè ſit, an antea cognitum, quove appellatum nomine. Deinde cauſam inquiram, à qua profluxit, & quomodo in hanc Brutorum ſpeciem caſu, eventuque vario propagetur. Poſtremò quæ ratio eidem curando, præcavendoque adhibenda ſit, ut mea fert opinio, conabor oſtendere. Hæc legas quieto, ſedatoque animo velim, & ſi fors tulerit me ex hujuſmodi, quo nunc res involvitur, labyrintho explicatum iri; ut id felicitatis nonniſi obſervationum tuarum filo tribuendum erit, ita maximæ tibi jucunditati fore non dubito. Nec ſimilitudo, & color iſte dicendi frigidulus de fabulâ videatur; nam dum Boves noſtris ſermonibus agitantur, non eſt, cur eos inter ficta illa cretenſis Vacca, verusque Taurus locum ſibi opportunè non capiant.

Diviſio Diſſertationis, & ordo proponitur.

VIII. An-

Graſſantem modò Boum luem, veram peſtilentiam eſſe probatur.

VIII. Antequam verò de ipſa re dicere incipio, pro certo quidem ſtatuo, morbum iſtum nihil à vera peſte differre, qua nunc Armenta Boum tantummodo labefactantur. Nam in eorum ſingulis eædem communiter, aut parum diſſimiles conſpiciuntur notæ; eadem accidunt ſymptomata; tabes adeſt; contagione contrahitur; mortem denique celeriter obeunt, iſto quicumque morbo corripiuntur: Quæ ſanè genuinam peſtem conſtituunt, cùm præſertim nunquam diſcedat horror quidam febrilis, peſtiferæ febris nomine jure, ac meritò celebratus.

Ipſius exempla ſæpius diverſis temporibus repetita.

IX. Quod cùm ita ſe habeat, ut jam in ipſa quæſtione veſtigium faciam, opinor te mecum herculè reputare furentem modò Armentorum luem imaginem antiquiſſimarum cladium referre, quibus variæ ſuperiorum ætatum memoria varia pariter Mundi plaga damnum tulit, quasque hiſtoricâ fide Livius, Dionyſius Halicarnaſſæus, Armonius Monachus, & commodè à te nuncupatus Joannes Wierius poſteritatis memoriæ commendarunt; nè interim Virgilium commemorem, Lucretium, Ovidium, Siliumque Italicum, quos poetico afflatos Numine ad ciendam hominum admirationem malum auxiſſe dubitari poſſit. Ab iis tamen genus ipſum proditum nobis eſt, non caſus, ac præcipuæ affectiones, quæ peſtilentiam ipſam conſectabantur. In id quoque ſi contuliſſent induſtriam ſuam, poſſemus quid inter noſtram, & illorum temporum calamitatem interſit, apertè cognoſcere, ac ſimul utramque comparare. Quocirca reliquis prætermiſſis in ea ſolùm morabor, quæ ante ducentos prope annos in Forojulienſibus orta, deinde in Veronenſem agrum digreſſa vaſtitatem intulit, & cuncta propemodum armenta voravit inexplebili fame, vix diſpari eventorum, atque agendi acerbi-

Liv. Dec. 3. lib. 5. c. 20. & Dec. 5. lib. 1. cap. 21. Dionyſ. lib. 9. Armon. lib. 4. de geſt. Franc. c. 96. VVier. lib. 4. de præſtig. Dæmon. cap. 3. Virg. lib. 3. Geor. Lucr. lib. 6. Ovid. Metam. l. 7. Sil. lib. 14.

Ac præcipuè narratur quæ anno 1514.

tate

tate, qua modò ſævit. Res à Fracaſtorio literis tradita eſt, viro in univerſâ arte medicâ magni nominis, in peſtilentiæ verò libris celeberrimo. *Referemus*, inquit, *etiam inſolitam anni* 1514. *contagionem, quæ in boves ſolùm irrepſit. Viſa primò circa Foro-julienſem tractum, mox ſenſim, & ad Euganeos delata, atque indè in agrum noſtrum. Abſtinebat primò bos à cibo ſinè causâ aliâ manifeſtâ; Spectantibus autem in ora eorum bubulcis, aſperitas quædam, & parvæ puſtulæ percipiebantur in palato, & ore toto. Separare protinus infectum oportebat à reliquo armento, alioquin totum inficiebatur*. Fateor equidem perniciem, ac labem iſtam non adeò Fracaſtorii ætate, ut noſtrâ, infamem fuiſſe boum internecione. Nam tunc enitens Natura, morbi ſemina, peſtiferamque ſaniem ſæpe ad extremas partes relegabat, frangebatque lethalem vim; Quod nunc, niſi fortè me latet, contigerit hactenus nemini compertum fuit. *Paulatim*, ſubdit, *labes illa deſcendebat in armos, & indè ad pedes; Ac quibus ea permutatio fiebat, ſanabantur ferè omnes; Quibus autem non fiebat, plurima pars peribat*.

Lib. 1. de Contag. cap. 12.

X. Itaque Majoribus noſtris haudquaquam iſtud peſtilentiæ genus ignotum fuit. At quod ei nomen impoſuerint, id modò in animo eſt perſcrutari, nec alienum puto à re noſtra. Quamquam enim, quæ ſit rerum proprietas, ſtatus, conditio ex ipſarum deducere appellatione fallax, opinor, & lubricum ſit; cùm nomina haud Naturæ documento, ſed hominum placito data fuerint; attamen id prorſus nequaquam negligi debet. Nam cùm primum Sapientes ſua rebus nomina conſignarent, vel ea per analogiam, quæ Latinis proportio dicitur, ex aliarum rerum nuncupatione, quibuſcum aliqua intercederet ſimilitudo, derivarunt; vel plures una

Variæ ipſius ſpecies Antiquis cognitæ, & quo nomine appellatæ.

voce ſpecies complexi manifeſtè oſtenderunt eas inter ſe quadam proprietatum conjunctione conſociari.

Geſn. lib. 1. de quadrup. cap. 43. Aldrovand. de quadruped. biſulc. lib. 1. cap. 1.

Malis igitur, ut à Geſnero, & Aldrovando accepimus, armentorum ægrotatio illa vocatur, quæ cibi faſtidio, & ceſſante ruminatione ſe prodit; quæ duo ſigna, à te Vir ampliſs. didici & adeſſe primum, & ſtatim indicare boves apud vos peſtilentiâ contabeſcere. Duplex eſt apud illos malidis genus, ſiccum, & humidum. Illud narium, atque oris ariditas conſequuntur. Iſtud mucus, & fluens ex ore pituita. Quatuor Græci aſſignant, commemorantque malidum ſpecies. (μάλις enim, aut μαλίη Græcorum vox eſt) ὑγρὰν primam vocant, ſcilicet humidam; ξηρὰν alteram, ſeu ſiccam; tertiam ἀρθρίτιν, articularem videlicet; Quartam denique ὑποδερματίτιν, hoc eſt ſubcutaneam. Quatuor iſtas non caſu recenſui, ſed datâ operâ. Certum quippe mihi eſt eas omnes, ſi ab articulari diſcedas, in hujus temporis contagione ſe immiſcere. Nam ut nihil de ſiccâ, humidâque dicam, quæ in dubium revocari nequeunt; quid cauſæ eſt, cur ſubcutaneam excludamus? Nonne illam in omnium oculis ponunt & pelles tabe ad cutem depoſitâ depilatæ, & horror pilorum, & armorum, cluniumque tremor, maculis denique, & puſtulis infecta cutis? Adeout quibuſdam in mentem venerit cogitare, boves non lue, ut nunc res eſt, ſed ipſis puſtulis, quas variolas vocant, interire. Cùm tamen Bruta ab hujuſmodi vacare morbo Sebitius [a] ingenti argumentorum vi patefecerit. Mitto conſimilem boum cladem à Cedreno, & Glyca *crabam* fuiſſe appellatam: cùm indè non niſi nudum nomen inferri poſſit.

Quæ ipſarum cum hac noſtræ ætatis conveniât, & quare.

[a] *Diſp. 3. de Variol. nu. 13.*

Quæ hujuſce peſtilentiæ cauſa, & quomodo propagata argumentis evincitur.

XI. Venio nunc ad alteram propoſiti mei partem, in qua non de verborum ſignificatione, ſed de maximis, graviſſimiſque rebus dicendum eſt. Agitur

tur enim primùm unde nam iſthæc exorta fuerit peſtilentia, cuive cauſæ tribuenda ſit. Non enim, quæ tua pariter ſententia eſt, facilè eſt definire, Pannonici nè Bovis contagione deducta ad vos fuerit, ita ut, hoc procul à finibus veſtris prohibito, nullâ tabe, nullâque peſte corripienda fuerint armenta; an ex affecto aëre, paſtione, aquarumque potu lethale vulnus acceperint, priùs quàm idem ille Pannoniæ Bos veſtras Regiones, veſtraque Rura peragraſſet; ſed hauſto priùs veneno febris ſuo tempore acceſſerit, in vitæque diſcrimen adducta fuerint. Non tamen in eo difficultas verſatur, iſtud nè morbi genus contagioſum ſit, quod apertiſſimè oculorum, ac mentis acie percipitur. Id igitur danda nobis eſt opera, ut videamus, an quiſpiam inveniatur, in quo lues iſta ſponte, ſuoque, ut ajunt, marte nata fuerit; vel aliunde transfuſa, & derivata? Equidem, ut meam ſententiam aperiam, transfuſam arbitror; quod & ratio ſuadet, atque experientia, qua in primis magiſtrâ ſentimus, & ſapimus. Quid enim ſi bene, ut Philoſophum decet, cognoſcere velis ægrotationum genus, qualecumque illud ſit, conjecturis aſſequi ſtudeamus; quæ nihil plerumque ſunt aliud, quàm figmentum noſtræ mentis, quid caſu evenire potuerit excogitantis; Cùm certis, firmiſſimiſque argumentis res ipſa conſpiciendam ſe præbeat? Patet enim, ut tecum alii plures affirmant, quantumcumque quis velit, aërem, cibos, potum non accepto, ſed ipſis innato, inſitoque pridem veneno infecta, hoc ſolùm tempore, quæ ſatis ad nocendum forent, collegiſſe vires; patet, inquam nullum è bubus in Veneto Imperio hac teterrimâ peſte contabuiſſe, priuſquam Bos ille Pannonicus ad Comitum Borromæorum Villam digreſſus, veſtibulum penetraverit;

quo ſane temporis momento, non antea; hoc ipſo in loco, non alibi incendium exarſit, quod poſtea cuncta propemodum armenta delevit. Dum verò hæc mihi ſententia probatur, vulgato, veriſſimoque Hippocratis [a] dicto morem gero: in re qualibet *Originis principium* animo, atque oculis, ſi fieri poſſit, contemplandum eſſe.

[a] 2. *de Morb. popul. ſect.* 4.

Oppoſitæ noſtræ ſententiæ difficultates diluuntur.

XII. Nec me illud terret, demittitque animum, quod ajunt, viſum aliquando peſtilentiam apud vos concepiſſe læta, atque integra armenta, quæ procul à morbidis paſcebantur, & quò herculè nullus affectâ valetudine bos pervaſiſſet; quamobrem non contactu, halituque alieno, ſed vitioſo corporis habitu, ac morbi ſemine per id locorum invento, hauſto pridem, ſuâque demum erumpente vi peſtem illic adoleviſſe. At enim quis ignorat, atrociorem aliam depopulantem homines luem ad remotiſſimas non rarò plagas advectam miſeri non ſolùm cujuſpiam, ejuſmodi ſanie putreſcentis appulſu, ſed brutorum, veſtium, utenſilium, chartarum, in quibus venefica tabes concluderetur? Sed quid aliena proſequor, cùm ex tuis accuratiſſimis Commentariis illuſtre proferre poſſim exemplum, quod in rem ſit maximè? Nonne Bubulcus ille, qui morboſo armento poſtquam operam dediſſet ſuam, præſepe aliud ingreſſus, ubi optimè valentes boves ſtabulabantur, eos omnes peſte, quæ veſtibus ipſius adhæſerat, corrupit adeò, ut in mentem venerit recrudeſcentis in urbe Florentia crudeliſſimæ luis, quæ quum parumper deſæviiſſet, caſu haud longè diſſimili per duas ſues tabida ſcruta jactantes renotata eſt. Annon fides adhibenda eſt Valliſnerio viro doctiſſimo? qui mihi per literas ſignificavit, nè ab ipſis quidem canibus culpam hujuſmodi armentorum labem,

Boccac. in prima die Decam.

bem, calamitatemque ex una in alteram partem transferendi fuiſſe procul? Igitur cùm ita res habeat, & cùm mecum ipſe conſidero innumeris prope modis & homines poſſe, & bruta, quin & ventos longè peſtilentiæ virus convehere, non eſt, cur à ſententia diſcedam, quæramque occultas, ignorataſque cauſas, unde clam, aut apertè peſtilens morbus in armenta irrepſerit; cùm ſe ſe ante oculos offerat Bos ille Pannonicus, cui tanta clades accepta referri poſſit. In eo autem, priuſquam è Pannonia digrederetur, aut Venetum teneret litus, peſtis ipſa non tantam fortaſſe veneni illuviem congeſſerat, quæ contagionem, ac mortem cieret; quæque deinde incommodâ navigatione, pravoque beſtiæ habitu aucta, & cumulata victu veneficiis idoneo peſtem apud vos miſerè diſſeminavit. Credo, fermentum iſtud (nam quo alio uſurpato à Medicis nomine clariùs nunc referam imaginem peſtiferi illius principii, unde lethalis hæc tabes exoritur, nequaquam invenio) malignum, contagioſum, veneficum è vario, & fortaſſe innocuorum corpuſculorum genere coagmentatum, quod Bovi Hungarico luem arbitror infudiſſe, neutiquam tibi negotium exhibiturum, qui probè teneas, quot clariſſimis exemplis è Chymicorum arte depromptis palàm ſit Corporum ſimplicium plura, ſaleſque non paucos disjunctos nullo nocumento eſſe; conjunctos maximo. Et quis eſt adeò ſui, rerumque humanarum oblitus, qui neſciat innumeras inter malorum ſpecies, quibus homines affligamur, contagioſas quidem è variis caſu conglutinatis alimentorum, aëris, potioniſq; particulis, præſertim in affectis corporibus generari? Ut mittam reliqua, Scorbutum affero, quo plerumq; propter incõmoda, moleſtiaſq; navigationis puto Nautas periclitari.

Cur non ante id temporis, nec ibi, unde digreſſa eſt, cladem fecerit.

XIII.

Præcipua peſtilentiæ cauſa exhalationes quæ à corporibus efflunt: hæ verò quomodo in diverſas partes convehantur.

XIII. Verùm, ut illuc redeam, unde paullum diſgreſſus ſum, neminem ſanè latere arbitror è corporibus quanta, & quàm incredibilis emittatur exhalationum copia, poſtquam Boyles, vir celeberrimus, in eam rem perſcrutandam magnum contulit ſtudium, atque operam ſuam, multaque periclitatione perſpexit. Iſtas, opinor, qui mente teneat exhalationes, tenebit pariter & manantem è tabido armento hanc fæviſſimam luem, & ſe facilè propagantem, nec minùs, cur non eadem ubique dederit crudelitatis exempla. Prout enim largior, aut remiſſior copia peſtilentis halitus, eaque plus, aut minùs veneno imbuta huc, aut illuc pervaſit; quin pariter minorem, majoremve ſtragem ediderit, nullus dubito: ut quidem taceam multam diligentiam ab aliquibus adhiberi poſſe, nè peſtiferum virus ad ſua quoque armenta pertingat. Nec alio ſanè referendum cenſeo, cur huc uſq; in agro Ferrarienſi, Hetruria, Flaminiaq; leniùs ſe habuerit, quàm quod hactenus triſtia luis ſemina vel nullo pacto, vel per ea ſolùm corpora illuc delata fuerint, quibus non adeò tenaciter adhærebant, ac proinde minori copiâ, ac faciliùs diſſipanda: itaque multum ſanè de vi mortiferâ remiſerunt.

Cur non eadem ubique.

Quòd non innata, ſed adventitia fuerit, cõprobatur à ſenibus macriſq; bubus, minùs huic morbo obnoxiis; Idque cur accidat, affertur ratio.

XIV. Non equidem ignarus ſum, idoneo quodam ad eam ſuſcipiendam corporis habitu contagionem contrahi; qui ſi deſit, eam fruſtrà educere vires ſuas. Hinc aliqui impunè inter morbidos commorantur; alii vix dum illuc ſe conferunt, quum tabem concipiunt, quaſi non illinc accepiſſe, ſed ſecum ipſi tuliſſe videantur. Id autem cùm mecum animo reputo, ſimul cogito iſtiuſmodi rerum eventu manifeſtiùs comprobari, nequaquam ingenito armentis veneno (quod ſolùm conjectando, ut ſæpius

pius repètam, non philoſophando aſſequi poſſumus) ſed contactu noxio, peſtiferoque ſævientem nunc ſtragem induci. Cùm enim, te docente, aliiſque pluribus, qui rem oculis perceperunt, non ſenes, ac ſtrigoſi boves, quamvis ipſâ ſenectâ plerumque morbis affines, ſed qui floridâ ſunt ætate, robuſtiores, obeſi hac tabe faciliùs exhauſti fuerint, cùmque experientia nos doceat corpora valentia, & vivida contagionibus, quæ ab adventitio ſemine procreantur, multò procliviùs obnoxia eſſe; quandoquidem peſtiferi halitus eò promptiùs irrepunt, conglutinantur, augeſcunt, ubi vaſis humorum affluentia turgentibus ſanguis à circulando, cætera fluida à ſecernendis, expellendiſque noxiis haud paullum retardantur.

XV. Manet igitur, vel te adſtipulante, ſi probè rem teneo, nefariam hanc peſtem aditum ſibi à tabidis ad ſana, atq; integra armenta patefacere vel ipſius morbi vicinitate, vel tactu rerum morbidarum idq; manifeſtò evincit bos ille, quem in tua epiſtola narras. Hic enim cùm optimâ floreret valetudine, ſtatim ac herbas olfecit ab ægris jampridem bobus veneno illitas, in morbum incidit. Non illum ampliùs ſociorum cura, non cibi amor tenebat, ſed errabundus, languido greſſu, mœſtiſque oculis, vix ſui corporis ferebat onus. Ut iſtud mihi reputanti mentem ſubierit Geſnerii dictum: *Boves paſcendo herbas inficiunt, bibendo fontes, ſtabulo præſepia, & quamquam ſani ſint, odore morbidorum afflante depereunt*. Quæ cùm ita ſint, non eſt cur amplius incertus ambigam, hæc boum lues luctuoſiſſima qua ſe viâ longè, latèque diffundat, ac damnum inferat. Nam ſic opinor. Nemo eſt, qui neſciat, cùm ab ægro in ſanum corpus derivantur morbi, profluere ex illo in iſtud influere

Quomodo Corpora inficiat, ac ſe ſe inſinuet.

Geſner. loc. cit.

Modus, quo luēs per contagium diffunditur.

fluere materiæ quidpiam ſubtilis, agilis, penetrantis, quæ aut ipſius cauſæ mortiferæ, peſtilentisque fermenti portio ſit, aut ſaltem cum iſto cognationem habeat, atque eandem agendi vim. Hos enimverò pernicioſos halitus facilè dabis narium, atque oris hiatibus largiùs ſorberi, quippe qui ad reſpirandum, ad potum hauriendum, ad alimenta, quibuſcum & aërem, & noxias illas exhalationes deglutiendas continuò pateant. Nec una tantùm hæc datur via iisdem exhalationibus recipiendis, ſed perexigui patent meatus (poros Græci dicunt) per cutem diſperſi, qui pori (uſu enim mollienda ſunt hujuſmodi verba) idcirco appellantur externi, quòd circumfuſum aërem contingunt. Et per eos quidem venenati fermenti tenuiores particulas ſe inſinuare nemo ſanè vel difficilioris ingenii diffitebitur. E naribus atq; ex ore per tracheam ad pulmones, & per œſophagum ad primum ventriculum ſive omaſum in bubus quòq; lata perducit via. Quæ omnia ſalivali quodam humore, ac lymphâ madent, quin potius vix abeſt, ut dicam, continuò perfluunt. Scatent etiam glandularum oſcillis, minimiſq; vaſorum, membranarumq; ſuarum foraminibus; unde liquores illi à corde per arterias, aut cerebro per nervos dimanantes exprimuntur. Deniq; ut rem cõcludam, nemo inficiabitur per hujuſmodi foramina quicquid eorum diametro exilius eſt, ac proinde ſubtiliſſimam, tenuiſſimamque materiem ingredi, in venas deinde, arterias, nervos irrepere; indè aditu ſibi patefacto per omnes artus diffundi, ad ipſam cerebri munitiſſimam ſedem pervadere, ad extremamque ex omni parte cutem pervagari.

Quas teneat labefactandi vias.

Peſtiferarum exhalationum natura, & quomodo diverſos pariant effectus, explicatur.

XVI. Iſtæ, ni fallor, in armento peſtilentibus corpuſculis aperiuntur illabendi ſemitæ. Reſtat modò, ut aliquid de ejuſmodi corporum natura dicamus,

mus, qua detectâ palàm fit, casus, eventusque varios ab illa non dissentire, qui nunc bubus perniciem pariunt. Verùm cùm nemo sit adeò lynceus, qui possit ipso oculorum sensu formam, magnitudinem, motum ejusmodi corpusculorum percipere, quibus pestilentiæ fermentum concluditur, præpostero agemus ordine, atque è rivulorum naturâ fontis indolem consectabimur. Exploratis nimirum illustrioribus eventis, minimo negotio causæ unde profluxere qualitatem, naturam, conditionem, quoad fieri potest, mentis acie conspiciendum curabimus. Nam ut verum prorsus aperiam, profectò non mihi suppetunt ingenii vires. Quamquam enim quicquid efficit natura, ut tute scis, necessariò, & ex intimis, perfectisque artis regulis efficit; nobis tamen ars hujusmodi plerumque manet occulta: ideoque non rarò accidit, ut quæ Naturæ ad agendum facillima sunt, nobis ad cognoscendum sint difficillima. Quare non eos moror, qui se nihil ignorare arbitrantur; somnient hanc sibi partam felicitatem, eâque, ut lubet, suaviter perfruantur; profectò *mentis est gratissimus error*. Eos tantùm in hujusmodi re mihi fines constituo, quos possim ingenii viribus peragrare. Præmittam igitur illustriora quædam à te præcipuè, aliisque apud vos Medicis adnotata. Hinc nonnullis corollariis ea deinceps proponam, quæ à vero mihi propiùs abesse videntur. Nam in Physicis, si Galilæo fides adhibeatur, Mathematicas velle demonstrationes ineptum est.

Quamquam cognitu sit admodum difficilis.

Galil. Dial. 2. pag. 225.

XVII. Prima hæc mihi se offert rerum animadversarum, quod malum istud luctuosissimum lingua prænuntiat ulcerosa, aut vesiculis tumida, quæ disruptæ flatus, aut lympham edant aquæ similem.

Ab effectibus declaratur.

1. A' lingua ulcerosa, ac vesiculis tumida.

Obſervatum quoque in agro Ferrarienſi, atque in Hetruriâ, ſi ulcus probè curatum ſit, peſtis propagationem fuiſſe impeditam, ac ſalutem ægris armentis reſtitutam; quod apud vos hactenus deſideratur.

2. A' boum anorexia mœſtitia, atque inertia.

XVIII. Altera, quòd Boves ſtatim ut morbus hæret, à cibo abſtinent, ac ruminando, inertes mœrent; triſtes movent oculos, & caliginoſos; letho demum celerrimè, & aliquando unius intrà diei ſpatium intereunt, vel ſi longiùs proceſſerint, acriter tuſſi concutiuntur, vomentis in ſpeciem, aut obſtrictis faucibus anhelantis.

XIX. Tertia verò, quòd eorum aliqui dentibus, ac ſi vitrum comminuerent, ſtridentes emittunt affluentem ex ore lympham, è naribus mucũ, & ſimul acrem lympham, tenuiſſimamq; Aliis potus odio eſt, plures tamen ſiccis perpetuò faucibus, aridisq; avidi bibunt.

XX. Quarta, quòd Boves omnes jam indè ab initio febri modico cum calore corripiuntur.

XXI. Quinta, quòd non rarò conſpicitur lingua arens, & nigra, ſtriata quoq; alibi, atque alibi. Tumores præterea in ſalivariis glandulis perſæpe oriuntur, qui ſuppurantes, rumpuntur, & ſaniem ex ore, naribusque educunt, halitu fœtido, & graveolenti.

XXII. Sexta demum, quòd ingraveſcente morbo vix pauci quietè, ac ſinè gravi, incompoſitoque motu fato cedunt, diverſo tamen eventu. Siquidem plerique armis tremunt, & clunibus; impeditur anhelitus; horreſcunt pili. Aliis venter reſolvitur, vario fimo, ſanguineisque maculis illito: ſunt quibus aret ſtercus, atque dureſcit; quibus venter tympanitide inflatur, ac vehementer mugiunt doloris acerbitate. Urina non omnibus una, cruda modò, & modò turbida, ſanguinea, ignita. Haud pauci pellem habent aquoſis tuberculis diſtinctam. Alii ſæpe

ſan-

ſanguineo madent ſudore, pilisque denudantur. Poſtremò non unus viſitur, cui ſcatent vermibus cornuum radices, oculorum anguli, ſtercora.

XXIII. Et quamquam ad cognoſcendam malorum cauſam, eorumque ſedem parum prodeſſe videatur, tabida peſte corpora diſſecare; etenim maligno hujuſce morbi fermento, dum agitur anima, ſuisque viribus natura prorſus deſtituitur, liquores corrupti ſtagnant plerisque in locis; ſolidæ verò partes diſtorquentur, quæ vitia, dum ægrotatio inciperet, aut ingraveſceret, fortaſſe aberant; hìc tamen plurimi ducendum eſt, bubus inciſis omaſum plerumque repertum fuiſſe aridum,& corrugatum; pulmones ydatidibus conſperſos, vomicis diſtentos, laceratosque; cerebrum in nonnullis fœtidum ſimul,& nimis humidum; in aliis integrum. Sanguinem præterea ſunt qui ſæpius detexerint coagulatum; ſunt qui aliquando fluentem nimis, ac diſſolutum.

Exploratio peſtilentium corporũ incerta,& quare.

XXIV. Jam verò ut ex iis, quæ accidunt, ad ipſorum cauſas quodammodo pedem referam, quæramque viam, qua ſe prodit venenum iſtud ad tot, tantaque mala perpetranda; conſectaneum profectò arbitror, ut hæc ſit morbi ſeries: principiò oris ulcera; tremores deinde, tuſſisque vomenti ſimilis; rurſus dolores, inflatio ventris, & diſſolutio, urinæ quandoque turbidæ, cruentæque; ſi demum ut vomicâ laborant fauces, puſtulis pellis; ſanguineus erumpit ſudor, glabreſcit cutis; conſectaneum, inquam, eſt fermentum iſtud peſtilens,& deteſtandum, unde tot, ac tam admirabiles eventus dimanant, naturâ quidem ſimiles, effectu verò propter partium, in quibus veneni vis agit; diverſitatem diſſimiles, incredibili mordacitate,acrimoniâ,& corrodendi facultate pollere.

Noſtra de peſtiferarum Atomorum naturâ, variiſque effectibus ſententia.

XXV. Quæ medius fidius rerum diverſitas mira neutiquam videri poterit reputanti, ut rem exemplis illuſtrem, veneream luem, aut ſcorbutum. Quanta enim ab hoc uno tabo, & quàm varia malorum genera? Ulcus, bubo, diuturna febris, tuſſis, articulorum dolores, gummata, ut vocant. Proteum diceres, cùm è diverſa liquorum miſturâ, variâque pudendorum ad reſiſtendum vi, ſe ſe in diverſas induat morborum ſpecies.

Qua ratione dãnum, aut morté inferant; & cur diverſo eventu, atque arte liquida, & ſolida corrumpant.

XXVI. Poſſem illud cum Arſenico, & Sublimato comparare; nam in ſolidis boum partibus re vera pares cum erodentibus venenis invehit effectus. Ab inſtituenda tamen hujuſmodi comparatione me cohibeo haud ignarus, innumeras & eſſe, & excogitari poſſe ſalium, ſulphurumque veneficorum conjunctiones, unde variæ, diſſimileſque prodeunt nocendi artes. Sed illud affirmare non dubito, qualeſcumque particulas, quæ corrodendo mortem afferunt, in ſolidis, liquidiſque longè diſſimiles eventus parere, atque exhibere; quin liquida vel ejuſdem nefarii fermenti vitio diverſimode corrumpi. Cùm enim diverſa in ſingulis proportione commiſceantur elementaria principia, & diverſa proinde ſit compoſitio, fit mehercule, ut ex iſta diverſitate, ſi mortiferum tabum ſe ſe inſinuet, ac veluti ſeditionem moveat, diverſi excitentur motus, agitationeſque; alibi pars alia ſegregetur, & ſubſiſtat, quod Chymici præcipitare dicunt; alibi diffluant partes omnes, conglutinatione diſſoluta. Idque non tantùm in ſanguine, ſed in cæteris liquoribus, qui, quoniam in unoquoque plerumque corpore diverſimode ſunt conſtituti, hinc ſæpius diſſimiles, immo & contrarios eventus ſingulis accidiſſe bobus par eſt arbitrari. Cur autem, quave ratione cuique ſingillatim varii con-

contigerint casus, non est hujus temporis explicandum suscipere; cùm præsertim id eos tantùm ignorare accidat, qui hospites in chymicâ, & anatomicâ arte non sinè ingenti piaculo diversantur.

XXVII. Maximæ verò temeritatis, nedum difficultatis arbitror velle omnia, & singula opificis naturæ arcana cogitando assequi, ejusque effectus cognitâ operandi arte penitùs introspicere. Et sanè cui tantæ sint vires, ut possit sensu ipso percipere ejusmodi exhalationum formam, quodque gravius est, motum, vim, regulamque agendi, cùm illabentes ad viscerum sinus, & canaliculos, liquoribus se se subitò immiscent? Quod si nemo id possit, nec mehercule fateri pudet, hanc unam rerum plurimarum esse, quas mihi accidat ignorare. Video solùm facem præbente Philosophiâ eas ipsas exhalationes aptare se se, & conformare ad membranarum, vasculorumque fibras, iisque subeundis suas magis idoneas exhibere boves, quàm quælibet alia animantia. Quin inter boves, eos potissimùm, qui succo affluunt nutritio. Hinc autem rationem duci, sedem ibi faciliùs figere, & conglutinari, ubi plenis affatim canaliculis fluit liquor, proindeque celeriùs ab humido maximis incrementis augeri. Contra si in macrum, & gracile corpus incurrant, ubi sanguis latiori alveo circulat, nec luxuriant viscera succi plena; aut eas nullo impedimento permeare, aut corrigi malignum virus, ac temperari.

Cur in solos boves pestis hæc sæviat.

XXVIII. Quod si, ut interrogas, causam proximam, potioremque scire à me cupis, qua boves labefactati postremum vitæ diem morte conficiunt, hanc affero si non veram, unam tamen earum, quæ verò proximæ reputari possunt scilicet veneficam labem Græcis μίασμα, quæ sanguini immixta, ejus irretit, coer-

Proxima, & præcipua causa cur necem afferant.

coërcet, sistit partem illam vividam, tenuem, incitatissimam, quam per cerebri glandulas secretam, atq; excurrentem, animalem spiritum appellamus. Id autem qua fiat arte, quibusve machinis, si quæras, cùm innumeræ possint esse, me sanè fugit. Sed irretita, ac velut compedibus constricta, ut indito à Natura motu, vi, celeritate destituitur, ita minuit armenti vires, turbat, confunditque membrorum munera, atque agendi deprimit facultatem. His enim omnibus in statu suo retinendis vis illa animalis, unde viscera, præcordiaque maximè roborantur, simul cum sanguine præbet operam suam. Sic verò mihi sententia est, quòd comperi, boves contractâ pestilentiâ tristes, inertes, debiles evadere, febribus agitari calore modico, morte denique nonnullos, prope integris visceribus, intrà diei spatium violenter abreptos. Quæ sanè quis neget illato in animales spiritus vitio tribuenda esse? quibus ad vitalia peragenda munera impeditis, ipsam extingui vitam necesse est. Itaque id esse causæ, cur Boves intereant, prope abest à vero.

Cur qui prior Bos in morbum incidit, cõvaluit; & cur alternos pestilentia percussit, exponitur.

XXIX. Cur autem quem primum in præsepiis pestis corrupit, is plerumque convaluit? Aut ubi plura stabulabant juga, cur alternos lethali percussit ictu? Hanc mihi geminam quæstionem dissolvendam proposuit Vallisnerius noster, qui cæteros, velut aquila volando, superat ingenii vi. Non recuso, quin morem geram, dummodo conjectura probabili contentus sit; nam ut quid afferam certi, verissimique, aliqua mihi manent ignota, quæ necessaria forent ad rem penitùs investigandam. Sic igitur illud primum; Nonne vix nata in stabulis pestilentia paucioribus venenum agit exhalationibus, quàm cùm adulta? & si paucioribus, nonne minùs desævit? Ergò quid

mirum

mirum, ſi cùm peſtis fœtidis vaporibus parum innutrita nondum adoleverat, prior è bubus viribus pollens, atque hoſti par, cum illa congreſſus vicerit, è morboque tandem emerſerit; Reliqui, dum tot morbida corpora longè, latèque virus diffuderant, fato cedere coacti ſint? Sic alterum. Nemo, puto, inficiabitur, ut in jugalibus Equis, ita & in Boum jugis unum alio ſtrigoſiorem inveniri. Quod ſi ſtrigoſior, jam minùs huic peſti opportunus, quæ hactenus macilentis, quoquomodo parcere viſa eſt. Quamobrem ſi velit indolem retinere ſuam, in alternos invadere opus habeat. Verùm de rebus iſtis hæc dicta ſint ſatìs; non enim iſto volumine boum peſtem, ejuſq; naturam inquirere aggreſſus ſum. Quæ res utrique, ſcribenti mihi, tibique legenti, negotium exhiberet.

XXX. Ad tertiam modò propoſiti mei partem accedo, qua quidpiam remedii conſtituendum eſt ad armentorum valetudinem tuendam, reſtituendamve, ſi morbo atrociſſimo concuſſa fuerit. Res quidem ad vitæ commoda utilis, ad felicitatem reipublicæ neceſſaria. Siquidem, neglectâ hujuſmodi curatione; peſtis, quod omen ſuperi avertant, longiùs propagari poſſet, & adeò paſcua veneno infici, ut eo demum quicquid reliquum brutorum ruminantium eſt propter omaſi cum bobus ſimilitudinem polluatur. Quapropter nunquam ſatìs laudari poteſt Venetæ Reipublicæ, finitimorumque Principum providentia, qua ad hanc avertendam, profligandamque calamitatem omni ſtudio, curâ, cogitatione incubuerunt. Hinc enim ſeu morboſo cibo, ſeu contaminato peſtiferis cadaveribus aëre, ſive ob deſertas arationes annonæ difficultate, unde ſæpius contagiones oriuntur, nè peſtis ad ipſum genus hominum depopulandum progrederetur, timendum foret. Hanc enim ob

Ad hāc avertendam calamitatē, quod remedium maximè conveniat.

cau-

cauſam cecinit Heſiodus. λιμὸς δμῦὴ λοιμός. Unde & natum Græcorum proverbium λοιμὸς μετὰ λιμὸν ideſt, Peſtis poſt famem.

XXXI. At quod hujuſmodi remedium; quæ ejus conficiendi ratio? Contumax enim lues hactenus impunè graſſata eſt, omnemque eluſit vim Pharmacorum, quorum nullum adhuc cum ipſa è diametro pugnans, & ſpecificum, quod appellant inventum audio. Id ſanè me terret, non tamen animum deſpondeo. Etenim nonnullis earum rerum commemoratis, quas tu Vir doctiſs. adnotaſti, aut ego commentus ſum, aliqua deducam theoremata, quibus veluti fundamento recta huic medendi morbo, ratione duce, ars innitatur; non ea quidem nova, ſed quæ jamdudum in uſu poſita meritis à me laudibus celebrabitur.

Ad ipſum inveniendum aliqua præmittũtur poſtulata.

XXXII. Poſtulo igitur mihi dari, quod ante omnium oculos obverſatur, primùm boves macros, exiles, quique viribus in ſpeciem deſtituebantur, nequaquam fuiſſe peſtilentiâ tentatos, aut faciliùs, adhibitâ curatione, bonæ reſtitutos valetudini.

XXXIII. Deinde extremis naribus, atque ori peſtiferas exhalationes conglutinari: poſtmodum per eos præſertim hiatus in bruti corpus dilabi; rurſus in tonſillas, glandulaſque parotidum, gutturis, atque aſperæ arteriæ ſeſe inſinuare, unde ſibi poſtremò ad ſanguinem aperiant viam.

XXXIV. Tertiò nihil æquè bubus emolumento fuiſſe, quàm proxima tonſillis iiſdem cauteria, glanduliſque gutturis, atque aſperæ arteriæ.

XXXV. Quæ cùm ita ſe habeant, an non vides Naturam ipſam clam regulas indicare, quæ avertendo, repellendoque morbo præcipuè ſint adhibendæ? Nonne per ſe ipſa loquitur, id Medicos dare operam oportere, nè affluant humoribus armenta, nève turgi-

turgidis vaſis liquores fluant? An non iterum præcipit, ut celeriter pharmaco obſepiantur priores aditus, nè venenum niſi fractis antidoto viribus in ſanguinem illabatur? Clamat denique fonticulos hiatuſque aperiri; unde, ſi ſemel penetraverit, nec reliqui ſufficiant meatus, extrudi poſſit? Quin igitur Naturam ſequimur ducem? Quî ejus præcepta negligimus? Quî diverſa remedia conquirimus?

Prima curationis pars exponitur, experientia, atque argumentis probatur.

XXXVI. Quare ſi quis meam ſententiam audire velit, ut nè quidquam de arcendo contagio dicam, quod præſtantiſſimam mehercules, atque unicam antevertendæ luis rationem dixerim, diætâ potiſſimùm caveat Boum peſti; & ſi invaſerit, diætâ illos è mortis faucibus educat. Atque eo ſolùm utantur cibo, quo ſolent, ſed modico, atq; optimo. Profectò ut experientia nos docet, parco victu in hac peſtis atrocitate nihil bubus utilius compertum eſt. Quin & curandis popularibus hominum morbis, Græci ἐπιδημίαν dicunt, cibi temperantiam maximæ ſemper fuiſſe utilitatis expertus ſum. Hinc Perſarum fuit inſtitutum, ut apud [a] Xenophontem legimus, tantâ Cives abſtinentia uti, ut nihil ad excrementa ſupereſſet. Et Palamedes, Philoſtrato auctore, non aliam peſti medicinam adhibuit: *Opus eſt peſtifera*, inquit, *declinantibus tenui diætâ, motuque concitato. Medicam quidem haud attigi facultatem, ſed omnia ſapientiâ comprehenduntur*. Veriſſimum ſanè dictum, quo uno, dum parcè vivunt, video ſapientes viros vel procul à Medicis egregiè tueri mentis vires, ac ſuſtentare valetudinem ſuam. Dicto accedit [b] Sanctorii auctoritas, in Staticæ libro ſcribentis: *Si ſciveris quotidie quantum cibi tibi conveniat, ſcies diutiſſimè virtutem, ac vitam conſervare*. Sed quid ego auctoritatem ſequor? Ipſa perſpicuè ratio ſuadet, non poſſe rem

[a] *Xenoph. de Cyri Inſtit. lib.* 1.

[b] *Sub.* 3. *Aphor.* 33.

aliter evenire. Siquidem frugalitate parcior gignitur humorum copia, quæ si moderata sit, tubuli nonnihil flaccescunt, atque ideo musculares ipsorum membranæ, cùm aliquod ad se contrahendas spatium obtineant, plus comprimendo possunt, quàm liquores mehercule resistendo. Hinc istis celerior motus imprimitur ad circulum conficiendum; hinc singulorum secretiones, motus, compages accuratiùs fiunt; hinc denique quidquid noxium irrepsit in animantium corpora, scintillarum more, cùm non habeat quod inflammet, facilè restinguitur.

Secunda Curationis pars affertur, & rationibus communitur.

XXXVII. Sit altera curationis pars, quam pariter Natura indicat, cuique plurimum inesse utilitatis puto; cataplasmate boum nares, linguam, palatum bis quotidie linire, ac fricare obstinato animo, nulloque discrimine, bona nè sint valetudine, an pestifero jam morbo concussâ, ac labefactatâ. Quod cataplasma constituant acetum, allium, sulphur, sal, salvia, oleum, juniperique fructus, aut quid ejusmodi. Ita perlitum Animal obserabit aceto membranarum poros, viasq; nè fugant venenum, & reliquo emplastro à glandularum osculis delibuto, aut in omasum leviter illabente, furentis mali vim retundet, & retardabit. Adest accepti beneficii testis Hetruria, adsunt Pontificii Imperii Provinciæ, ubi hactenus lue infecti boves in pristinam restituti sunt valetudinem ruptis oris vesiculis, medicatisq; hoc magmate ulceribus sanie inflatis. Utinam idem in posterum contingat.

Aliqua remedia reprobantur.

XXXVIII. Cave autem quidquam putes periculosius esse venæ incisione, purgationibus, acrioribusq; remediis; quippe quæ nunquam non damnum intulisse contagiosis morbis, & huic pariter per vestra rura bacchanti usus magister docuit. Profectò sæpius in mentem magni Hippocratis [a] sententia revocan-

[a] 1. *Epid. sect.* 2.

vocanda eſt : *Ita te geras, ut ſi juvare non poſſis, ſaltem nè noceas.*

XXXIX. Succedant autem iſtorum loco (quod erat tertium Naturæ indicantis quid fieri debeat, documentum) ſetones & cauteria bubus inuſta, quæ cum à Te proponantur, nequeo ſatìs prudentiam tuam laudare. Etenim ſtatim atque exhalationes malignæ liquoribus noſtris commiſcentur, ab inſita fluiditate, exilitateque diſcedunt, & lymphâ maximè implicatæ glutinoſum quid, ac viſcum referunt; quamobrem, cùm per naturalia corporum cribra meare nequeant, & ſecerni, facto vulnere latiores iis exitus parare neceſſe eſt. Et ſanè à peritis Medicis, qui dum poſtrema Romæ fureret in genus hominum peſtilentia, iis curandis incubuerunt, non ſemel accepimus, quibus cauterii, aut venerei bubonis emiſſarium apertum foret, neminem horrendâ lue fuiſſe conflictatum.

Tertia curationis pars declaratur; oſtenditur rationibus, atq; experimentis.

XL. At ubi, & quando hæc maximè inurenda ſunt cauteria? Nam igne plagam fieri velim, deinceps injecto laqueo, impoſitoque cauſtico Cerato ſervari. Si de loco dicendum ſit, tu Vir doctiſs. cervicem laudas, ut fermento venefico non longè ab ingreſſu pateat exitus. Ego & cervicem probo, & armos, & clunes; non ſolùm ut illud undique pervagatum habeat, quà celeriùs fugere poſſit; ſed ut Naturæ veſtigiis inſiſtam, quæ aliàs tabo ad extremas partes depreſſo, factoque ſedimento Malidas profligavit, ut nobis Fracaſtorius eſt Author, cujus verba jamdudum retuli, & nunc repetenda cenſeo. *Paulatim*, inquit, *labes illa deſcendebat in armos, & indè ad pedes, ac quibus ea permutatio fiebat, ſanabantur ferè omnes; quibus autem non fiebat, plurima pars interibat.*

LXI. Tempus verò non aliâ, quàm Medicorum

principis voce præcipiendum mihi eſt : *decubitus quidem*, inquit, *in quibus facta tollit, hæc antefacta prohibet*. Quam ſententiam nè quis putet in aliqua verborum caligine deliteſcere, ad hunc modum luculenter aperit ſcholiaſtes Valleſius vir præclariſſimus : *eos decubitus, qui morbos aliquos ſolent ſuperveniendo tollere, eoſdem anticipando fieri prohibere*. Itaque ſi plures boves veneni decubitu è peſtilentiæ fluctibus emerſere, non eſt, cur quiſpiam dubitare poſſit, illud, ſi adhibito ſtudio antevertat, ingruenti morbo mediusfidius impedimento fore.

In Epid. lib. 6. ſect. 4. num. 36.

In Coment. ſupraditti loci.

XLII. Dividantur quoque diligenter qui morbidi ſunt ab integris. Sed quid opus eſt dictis in re minimè obſcura? Quamvis enim veneficæ exhalationes tot vehiculis aliò transferantur, ac ſe ſe effundant; ſæpiſſime tamen accidit, eas remotis ductoribus intrà priſtinum ſpatium cohiberi, aut tranſductas, viribus admodum debilitari.

A Deo Opt. Max. ſalus potiſſimum quærenda, & Operis concluſio.

XLIII. Iſtud verò potiſſimùm frequenti ſermone admonendum eſt (ut in eo finem dicendi faciam, à quo uno bonorum fonte commoda, fortunæ, felicitateſq; noſtræ dimanant) ut Deum Opt. Max. deprecemur; ut ſicut olim ab Iſraelitis eamdem ipſam calamitatem dimovit; & hanc dimoveat. Quo ſanè remedio nullum præſentius, nullum validius inveniri poteſt: [a] *propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael*.

[a] 2. *Reg.* 24.

XLIV. Habes à me, Vir doctiſſime, de propoſito argumento ſententiam meam, quamquam jejunè, atque impolitè ob temporis anguſtias, plurimaſque occupationes explicatam. Ut eam tibi aperirem, haud facilè animum induxi, veritus judicium tuum. Sed me tandem collegi, ſtatuique plus mihi in tua erga me humanitate præſidii fore, quàm timoris in

acerri-

acerrimo judicio tuo. Puto ſaltem meum qualecunque à te ſtudium inquirendæ veritatis probatum iri. Id enim ſolùm in tradendis, accipiendiſque diſciplinis ſibi quoq; ſe propoſuiſſe monet maximus orator, maximuſque philoſophus Tullius: *Neque quidquam*, inquiens, *adhuc inveni firmius, quod tenerem, quàm illud, quod mihi ſimillimum veri videretur, cùm illud ipſum verum in occulto lateret*. Vale *Cic. de Orat.*

ROMÆ ex Muſæo in Ædibus Vatic. X. Kal. Januarii CIↃIↃCCXI.

Nullum compertum eſt bovillæ peſtis certum, ac ſpecificum remedium: pauca inter ea, quæ adhibita fuere, viſa ſunt innoxia; pleraque periculoſa; quod poſteros noviſſe convenit.

CAP. IX.

QUoniam *pulchrum ſemper eſt*, ut ajebat Hippocrates, [a] *ea addiſcere, quæ in experimentum adſumpta ſucceſſu caruerunt, & cur ſucceſſum non habuerunt*; profectò nos utiliſſimum arbitramur, ut omnes gentes, atque adeò poſteritas intelligat inter tot, tantaque uſurpata in bovillâ peſte remedia [b] nullum inventum fuiſſe ita pleriſque opportunum, ut verè proprium, ac ſpecificum ſtatui, appellarique poſſit: quinimo nonnulla periculi plena, aut potius exitialia per ancipites, & infauſtas curationes, pauca verò innoxia extitiſſe.

[a] *Lib. de Artic. num.* 48. Medicos remedia noviſſe convenit, quæ uſu caruerunt.

[b] *Vide Part. II. num. V. ubi etiã expoſita ſunt remedia, quæ inutilia planè experti fuimus.*

Facto igitur initio ab iis, quæ quovis veneno pejora viſa ſunt; hæc quidem in primis ea omnia fuere, quæ alvi dejectionem moliuntur: nam ut plurimum armenta cum illius reſolutione ad interitum ſponte

Medicamina, quæ alvum movent, in hac peſte exitialia.

ſponte etiam ſua properabant. Quare ejus generis medicamina poſteris cavenda eſſe arbitror, quippe quæ certam perniciem afferunt. Horum verò ſingularem formulam magno cum plauſu huc allatam, cùm augeret potius morbum, quàm levaret, hoc loco neceſſarium ducimus exſcribere; nè quis in poſterum ejuſdem laudes apud aliquem fortè ſcriptorem inveniens, ignorato effectu, ad uſum revocare contendat. Sic autem habet.

Formula pulveris Cathartici in bovilla peſte vitandi.

℞. *Agarici optimi unc. j. Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ; Aniſorum; Aloes ſuccotrinæ; Baccarum Lauri; Colocynthidis, Radicum Hellebori nigri, Gentianæ; Imperatoriæ; Glycirrhizæ raſæ; Cucumeris ſylveſtris; Enulæ campanæ; Foliorum Sennæ orientalis; Chamædryos, Marrubii, Pulmonariæ, Scabioſæ, Tamaricis; Baccarum Juniperi, Seminum Cardui benedicti; Fœnu græci, Sileris montani; Foliorum Scordii, Agrimoniæ, Bettonicæ ana unc. iv. Salis nitri lib. j. m. f. pulvis mediocriter trituratus; doſis erit ad unc. iv. cui adde Sacchari rubri unc. vj. vini albi generoſi lib. v. &c.*

Venarum ſectiones noxiæ.

Neque multum adeò ipſis catharticis miſſiones ſanguinis concedebant; non aliâ quidem de cauſâ, quàm quod ægrarum pecudum vires enervabant, malignumque virus ſolis ſæpe faucibus adhuc hærens in venas celeriùs traducebant.

Purgantia, & Phlebotomiæ in morbis boum à ſola plenitudine citra peſtiferum virus prodeſſe poſſunt.

Eſt tamen hìc, ut candidè fateamur, fieri poſſe, ut ea remedia, quæ noſtris in provinciis, potiſſimùm in Epidemiis ſive nullius emolumenti, ſive etiam pernicioſa experti fuimus, aliis in regionibus, & præſertim in ſporadicis boum morbis, à quibus peſtifera lues omnino abſit, utilia frequenter extiterint. Ubi enim vel cœli temperatura malorum vim frangit, atque debilitat; vel malum ipſum ex ſola paſcuorum ubertate, aut vitio, ex aquarum noxa, vel alia evi-

denti

denti ex cauſa ortum habet; non dubitamus, quin & purgantia, & phlebotomiæ plurimum adjumenti afferre poſſint. Et ſanè non video, cur tantâ cum fiduciâ à prudentibus Viris multa nobis commendata fuerint præſidia; niſi uſquam bono cum exitu eadem uſu veniſſent.

Minùs certè pœnitenda viſa ſunt, quæ linguæ, oris, fauciumque ulceribus medebantur. Hæc autem cùm ex acidis præſertim aluminoſis, volatilibus, atque aromaticis parata eſſent, ulcera illa ita ſanie, ac tabe purgabant, ut cum in ſtomachum dilaberentur, primæ concoctionis organa tueri poſſent, ac prohibere, nè per venas, & lymphatica lues deterrima in ſanguinem tam facilè commigraret. Et quanquam rarò affecti boves hoc ſolo remedio reſtituti fuerint; nihilominus reſcivimus multos poſtea collatis naturæ viribus convaluiſſe. Plures autem hujus generis formulas huc transferre poſſem, niſi vererer, nè ſimplex hoc caput in volumen excreſceret. Unuſquiſque enim armentorum Cuſtos ſuam peculiarem in ſecretis habebat. Satìs igitur erit unam, vel alteram proponere; eâ, quam ſubjicimus, uſi ſunt Cuſtodes armenti Baſilicæ Vaticanæ, in eo loco qui dicitur *Campo morto*.

Quæ oris ulceribus ex acidis, & aromaticis cõmixta adhibebãtur, minimè nocuerunt.

℞. *Alum. Roc.*)
Viridis æris) *ana lib. j.*
Saponis unc. jv.
Salviæ)
Scordii) *ana m. iij.*
Aceti acerrimi lib. v.
Aquæ Com. lib. xxv.

bull. parum, & ſtent in infuſione, donec reſideat ad fundum, quod ſolvi non poteſt; hujus liquoris deinde *unc. xvj.* per tres vices diluculo ægrotanti bovi propi-

propinentur. Hoc autem remedium vim habet potiſſimùm abſtergendi fauces ab ulceribus, quibus affecti laborabant, eorumque viſcera à labe utcunque tuendi.

Alios verò ſuis bobus non levi cum utilitate exhibuiſſe ferunt decoctionem, quam ſubjicimus.

Decoctio non incommoda ex aceto, & alumine.

℞. *Aceti acerrimi lib. xvj.*
Aluminis lib. j.
Mellis lib. ij.
Fol. Salviæ)
Roriſmarini) *ana m. iv.*

bull. per horam, mox factâ colaturâ, confricetur lingua, & abſterſa madefiat hoc eodem liquore, cujus tandem *unc. viij.* tribus diebus per illorum fauces injiciantur.

Præterea pro certo nobis renunciatum eſt ab Excellentiſſimo Marcello Sacchetto Hyeroſolimitani Ordinis apud Summum Pontificem Oratore, bobus ſuis in Agro Oſtienſi mirum in modum profuiſſe medicamina quædam, quorum conficiendorum rationem, atque exhibendi modum ſcripto nobis tradidit; ſcilicet ſtatim atque Cuſtos bovem aliquem mœſtum fieri, & ad paſcua torpidum animadvertiſſet (quod malum vulgò *impuntatura* appellant) illicò præbebat ejuſmodi bolos, nimirum.

Boli ex allio, & Salvia aliquibus profuerunt.

℞. *Pul. Salviæ*)
Sulphur. viv.) *ana drach. ij.*
Allii mundat. & cont. unc. iij.

m.cum butyri recentis q.ſ. f. boli exhibendi per tres vices. Allium verò magnopere inter Priſcos laudatur à Columella, [a] ubi de linguæ vitiis in bobus agit.

[a] *De re Ruſtic. lib. 6. cap. 8.*

Poſt hæc verò Oſtienſis ille Veterinarius cùm fermentum malignum, peſtis cauſam, in bovis omaſo

ali-

aliquantulum cicuratum putaret, ad illud è corpore educendum commixtam potionem exhibebat, quæ recipit.

Caricarum pinguium lib. j.

coctam in ſ. q. vini albi: inde enim alvus placidè ſubducebatur, cruentis etiam ad ſpeciem dejectis humoribus. Sed ſcire ad hiſtoriæ veritatem convenit in Oſtienſibus etiam armentis multos boves peſte occubuiſſe; ut non proinde certò aſſerere poſſimus pharmacum ex ſalvia, ſulphure, & allio paratum, germanum, ac ſpecificum hujus luis antidotum eſſe cenſendum.

Delatum quoq; ad nos fuit apud Venetos, & Mantuanos potionem præ cæteris profuiſſe, quam parabant ex ſulphure in pollinem redacto, cum ſaccharo rubro ad unc. ij. olei, & Sal-com. ana modica copia m. cum aceti acerrimi unc. viij. addendo bac. Juniperi cõtuſ. & cæpæ albæ conciſæ ana unc. ij. pro unica doſi. Potio ex ſulphure ſale, cæpa, & baccis Junip. ab exteris laudata.

Similiter innoxia ſaltem fuerunt medicamina, quæ ex ſambuco (præſertim verò cum ex ejuſdem cortice, ac radice ſuccus exprimitur) à nonnullis ſelecta, & in potum adhibita. Nimirum ſumebant radices Sambuci, ex quibus decorticatis, & contuſis ſuccus extrahitur, cujus libra cum Sacchari unc. v. exhibetur ſtatim ab initio iterum, ac tertio ægrotanti bovi. Ex Sambuco innoxia.

Hoc autem pharmacum in peſte maximè laudatum legimus apud Jo: Bauhinum celebrem Botanicum ex Hiſt. Plant. Tom. 1. lib. 5. cap. 23. de Sambuco per hæc verba. *Aſſerit Geſnerus ſe ſambuci corticis decoctum cum Theriaca duntaxat exhibuiſſe, eoque plurimos, qui peſte infecti erant, ſanaſſe.* Commendatur à Bauhino.

Quamobrem cùm inter initia hujus epidemiæ juſſus fuiſſem ab Eminentiſſimis Patribus die 23. Au-

guſti 1713. meam ſcripto ſententiam proferre, an ſcilicet præſidio futurum exiſtimarem id remedium, cujus potior pars conſtabat è ſambuco, aſſerere non dubitavi illud quidem, ſi non omnino certum, ac validum, non idcirco tamen aut novum, aut noxium futurum; cùm illud à priſcis Auctoribus commendatum animadvertiſſem.

Diaphoretica aliquibus opitulabantur.

Inſuper benigna diaphoretica, ex decoctione ſcilicet herbarum theriacalium, Imperatoriæ, Carlinæ, Scordii, Menthæ Rom. Lauri, & ſimilium, bobus iis potiſſimùm opitulari viſa ſunt, qui alioqui morbidum humorem non tantummodo ob virium robur, ſed etiam ob viarum libertatem, temperatumque Juventæ fervorem jam jam ad artus, & cutim ſponte erant depulſuri. Propterea ſuperſedeo hìc mentionem injicere illius medendi methodi, qua in Gallia, cùm ſimili clade bubulum pecus internicioni dederetur, Veterinarii feliciter uſi fuerunt, ut nobis Illuſtriſſimus Præſul Salviatus Avenione Præfectus ſignificavit. Nam tota penè verſatur in herbis diaphoreticis aceto incoctis, & poſt ſedulam linguæ abſterſionem ægroto bovi exhibitis. Verùm (quæ eſt miſera peſtis conditio) quàm rariſſimè apud nos eadem medicamenta præſidio fuerunt.

Nec ſanè defuit, qui plurimùm commendaret ſequens medicamentum.

℞. *Spir. vini rectif. unc. vj.*
Salis Ammoniaci unc. ij.

quo exhibito cooperiatur bos in ſtabulo ad ſudoris excluſionem; ſed cùm idem à nonnullis tentatum fuiſſet, planè inutile, immo etiam noxium inventum eſt.

Ex Sp. Viri aliquibus admodū periculoſum.

Inuſtiones ac ſetacea aliquibus profuerunt.

Illud equidem præterire non poſſum inuſtiones, ac ſetacea in aliquot bobus collo, auribus, vel humeris,

meris, atque etiam oculorum in angulis adhibita, & trajecta ad foràs abigendam peſtiferam luem interdum quovis alio remedio fuiſſe tutiora. Neque id nuper bovillæ peſtis præſidium inventum, aut primum Romæ uſurpatum dixeris; cùm illud antiquiores etiam Veterinariæ Artis Scriptores laudaverint, atque in primâ poſuerint commendatione. Nam Columella [a] differens de remediis, quæ, ubi gregatim pecora laborant, opportuna ſunt, proponit radicem, quam paſtores conſiliginem vocant. *Uſus*, inquit, *ejus traditur talis: æneâ ſubulâ pars auriculæ latiſſima circumſcribitur, ita ut manante ſanguine tanquam* O *litteræ ductus appareat orbiculus. Hoc & intrinſecùs, & ex ſuperiore parte auriculæ cùm factum eſt, media pars deſcripti orbiculi eâdem ſubulâ tranſuitur, & facto foramini prædicta radicula inſeritur, quam cùm recens plaga comprehendit, ita continet, ut elabi non poſſit. In eam deinde auriculam omnis vis morbi, peſtilenſque virus elicitur, donec pars, quæ ſubulâ circumſcripta eſt, demortua excidat, & minimæ partis jacturâ caput conſervatur.* Idem ſanè præſidii genus à Vegetio quoque, ac poſtremò à Geſnero [b] per ipſius Columellæ verba laudatur.

Ab antiquis laudata.

[a] *Loc. ſup. cit. cap.* 5.

[b] *Lib. de Quadruped. Litt. C. pag.* 64.

Id verò de uſu medicaminum, quæ huc uſque à nobis recenſita fuerunt, generatim, & candidè admonendum exiſtimamus; quemadmodum ſcilicet boves aliquot ſinè ullis remediis ab immani peſte vindicatos vidimus; ſic penè omnes iis admotis citiùs occubuiſſe: viſumque proinde malum ſæpe conduplicatum; ita ut frequenter paucorum boum mors à nimiùm credulis cariùs empta fuerit, quàm aliàs integra ſanorum ſteterint armenta.

De ſuffimentis ad bubilia, deq; purgantibus fontibus dicetur cap. ultimo.

Cæterùm de cura, quæ bubilibus, ſtabulis, fontibuſque lue, taboque inquinatis adhibenda eſt, fu-

sè dicemus cap. ultimo hujus tertiæ partis §. V.

Potio præservãs boves à contagione apud Parmenses laudata.

Denique præterire non possum, quin referam medicamentum, quod ad præcavendam boum pestem utiliter apud Parmenses adhibitum fuisse perhibent. Hoc autem à celeberrimo Medicinæ Professore Pompejo Saccho è codice vetustissimo in publicam utilitatem exscriptum narratur.

Recipit autem Fol. Capparor.)
Mirtill. Sylvef.) *ana unc. iij.*
Cupariss. unc. vj.

contundantur omnia, & infund. in lib. X. aq. com. atque per noctem sereno cœlo exponantur; indèque tinctura ad sequentes usus conservetur.

Propinantur autem bobus dictæ infusionis tepentis per triduum lib. iij. quater in anno, scilicet ultimis diebus Veris, Æstatis, Autumni, & Hyemis. Porrò alienum à ratione minimè esse videtur, adstringentem hanc potionem aliquid conferre posse ad corroboranda ea vasculorum orificia, quæ à faucibus, œsophago, stomacho, atque intestinis in chylifera, & sanguifera hiare solent: indè enim epidemicum, & contagiosum miasma vel nullo modo, vel non nisi ægre illuc valet penetrare.

Sed ad ea, quæ nos Romæ experti sumus, revertentes candidè fatemur nullum usquam verum, certum, validum, ac specificum præsidium compertum esse; pleraque vana; multa noxia; pauca alicubi utilia nobis occurrisse. Quod sanè operæ pretium esse arbitramur, ut id omnes noverint; atque ut nostris etiam posteris præsenti commentario significetur.

Certum, atque unicum antevertendæ peſtis remedium fuit tam affectorum boum, quàm aliorum corporum indè inquinatorum cum ſanis commercium dirimere. Diæta pariter utilis fuit.

CAP. X.

CUm proximè viderimus nullum uſquam inventum præſentis boum peſtilentiæ ſpecificum pharmacum; multaque è contrario, ut in adagio eſt, morbum morbo addidiſſe: poſtulat nunc ratio, ut ad ejuſmodi luem antevertendam unicum, certumq; præſidium demonſtremus. Id autem in eo ſitum eſt, ut ſanos, atque integros tùm ab ægris bobus, tùm à rebus aliis ſimili tabo contaminatis quam diligentiſſimè tuearis. Enimvero noſtrâ hac ætate, qui ſedulò contagionis rimas omnes obſtruxere, non in Latio duntaxat, verùm etiam in finitimis Ditionis Eccleſiaſticæ provinciis, aliorumque Principum terris, luem hanc ſuis ab armentis omnino prohibuerunt. Et quidem in agro Romano inter ardentia undique peſtilenti hoc igne bubilia mirati ſumus duo præſertim armenta ab omni detrimento ſarta tectaq; perpetuò ſervata fuiſſe: Alterum ſcilicet Principis Pamphilii in ejuſdem Villa extra portam S. Pancratii: alterum vero Principis Burgheſii in eo prædio, cui nomen S. Nicolai, non aliâ planè de cauſâ, quàm quod intentiſſimâ vigilantiâ prohibitus fuerit externorum corporum, in quæ cadere ſuſpicio poterat, contactus, atque vicinitas. Neque alio certè defen-

Unicũ luis avertendæ remedium eſt commercii, contactuſque vitatio.

Quinam à Contagione immunes fuerint.

ſore

sore Cornetanus Ager, Patrimonii, Umbriæ, Piceni, atque Flaminiæ provinciæ huc usque protectæ sunt. In universum similiter in Etruriæ, & Mutinæ Ducatu non nisi severis legibus, & accuratæ custodum diligentiæ salus, atque incolumitas armentorum hactenus accepta referenda est. Idque adeò manifestum, ut in humanâ etiam pestilentiâ Religiosarum Virginum cœnobia, ad quæ nulli patet aditus, intemerata morbo plerunque serventur:

Non videtur autem prætereundum, quod contigit in Oppido Caprarola; armentum enim in vivario, vulgò *Parco*, repente morbo laborare cœpit, & quinque ex numero boves pestis arripuit. Cùm tantæ novitatis causa vestigaretur, tandem compertum est, bovem unum è Romanis pascuis intrà septa admissum cæteros polluisse. Quinque illis igitur interfectis statim lues evanuit.

Ab antiquis adhibitum fuit.

Consilium porrò fugiendi viciniam quorumcunque corporum, quæ pestifera semina deferunt, non in humanis solùm contagionibus è communi Scriptorum omnium sententiâ, verùm etiam in bovillâ antiquissimis temporibus summoperè commendatum est. Unde Columella [a] *cùm pestilentia*, inquit, *in gregem incidit, confestim mutandus est Cœli status, & in plures partes distributo pecore longinquæ regiones petendæ sunt; atque ita segregandi à sanis morbidi, nè quis interveniat, qui contagione cæteros labefaciat. Itaque cùm allegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus, nè adventu suo, & illis tabem afferat.* Ac Gesnerus, postquam Columellæ judicium de necessitate secernendorum abs se mutuò boum iisdem planè verbis exscripsit, peculiari ratione explicat, atque illustrat his verbis: *Nam morbidi pascendo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabulo præsepia.*

[a] *De Re Rustic. lib. 26. cap. 5.*

ſepia. Et quanquam ſani boves odore morbidorum afflante depereunt. Uſque eò etiam mortuorum cadavera ultra fines Villæ projicienda ſunt, & altiſſimè obruenda ſub terris, nè fortè ipſorum corporum halitu interna ſanorum contingantur, & pereant.

Et quidem animadvertendum eſt contagionis ſemina non à bobus tantùm ægrotantibus, ſed frequentiùs etiam à paſtoribus, ac veterinariis, qui jam infecti ad ſanos accedunt, à canibus quoque, cæteriſque animantibus, quæ pilis, pennis, aut plumis contecta ſunt, deferri ſolere: cùm ſcilicet aut pollutas morbo pecudes contigerint, aut inter eas fuerint commorata. Sunt etiam alia corpora, quæ integrum continere ſolent ejuſmodi peſtis principium. Atque ob id Romæ ab Illuſtriſſimo Abundantiæ Præſide Nundinarum locus mutatus fuit, juſſumque nè amplius ſub colle Palatino ad Septentrionalem plagam, ſed ad meridionalem (ſcilicet *a Cerchi*, ut vocant) ſingulis hebdomadibus boarius mercatus appararetur. Nam ſtabula, fontes, omneſque planè anguli prioris regionis jure ac merito luis fomitem ac ſemina, etiam poſt ablutiones, abſterſiones, ac ſuffitus, integra diutiſſimè retinere putabantur.

Contagionis ſemina à quibuslibet infectis corporibus deferuntur.

Præterea mortuorum pelles, cornua, aliaque in eâdem eſſe cauſâ: neque id rationibus tantùm, ex evidentiſſima tenuiſſimorum corporum exhalatione petitis demonſtrari poteſt: verùm etiam inexpugnabili experimento, & veritate vinci neſcia comprobatum eſt. Siquidem, ut ſupra monuimus, Mutinenſes, Etruſci, Centumcellani, Piceni, ac Flaminienſes, cùm agros ſuos diſpoſitis cuſtodiis muniiſſent, intacti eâ clade hactenus fuerunt. Quapropter ſummâ cum ratione fateri, ac prædicare debemus, nullum certius arcendæ peſtis remedium ſupereſſe, quàm ſi affecto-

Experimento id demonſtratur.

fectorum corporum contactus omnis ac propinquitas ſtudioſiſſimè devitetur. *Separare protinus*, inquit Fracaſtorius [a] *infectum oportet à reliquo armento, alioqui totum inficitur.*

[a] *Lib. 1. de Contag. cap. 12.*

Denique pro coronide ſilentio hìc tranſire minimè debemus, magno ad præſervandos boves præſidio fuiſſe etiam tenuitatem victus. Nam, quemadmodum pecudes à vicino tabo non infrequenter tuebatur ipſa corporis gracilitas; ita parcâ manu exhibitum alimentum, quo ejuſdem corporis habitus attenuatur, multò magis procul poſitum venenum arcere valet. Vide ſis quæ de hoc argumento ſcripſimus in Diſſertatione Epiſtolari *de Bovilla Peſte Veneta armenta depopulante* §. *XXXV.*

Appendix, & Summa Conſiliorum, quibus bovilla contagio poſt hac quàm citiſſimè depelli poſſit.

CAP. XI.

QUemadmodum qui ex graviſſima ægrotatione convaluerunt, velut ab inferis ad vitam revocati, poſteaquam ingentia pericula exhauſerunt, malo ipſo edocti ſunt modis omnibus ea præcavere, quibus in capitis diſcrimen adducti fuerunt; ita nos ab ingruenti calamitate ſervati, quæ nobis alimoniam, vitamque ipſam ereptum ibat, haudquaquam modum excedere videbimur, ſi collectis undique, noviſque excogitatis conſiliis ſalutem noſtram in poſterum muniamus. Itaque ſuperioribus præceptis de vitando quorumlibet corporum pollutorum contagio, in quo totius rei ſummam poſitam eſſe

Periculo erepti magis in poſterũ ſibi cavere debét

esse monuimus ; hæc quoque adjicienda putamus, quibus illa luculentius explanata, ad universorum utilitatem, atque intelligentiam accommodabimus. Itaque, si aliquando (quod omen avertant superi) innotuerit, bovillam luem finitimas Latio provincias adoriri, statim

Primo loco Edictum promulgandum erit, ut viæ, omnes, ac diverticula quàm diligentissimè custodiantur, nè ullum vel bubuli, vel canini generis animal ad nos traducatur ; sed illud è vestigio interficiendum, sepeliendumque erit. Severâ etiam impositâ custodibus, ac Mercatoribus pœnâ, nè armenta ad nundinas nobis propiores adducant. Contagium enim aut vero contactu, aut solo fomite, qui contactum convehit, ocyssimè diffunditur, ac dilatatur : quapropter studendum omnino est, nè ullas usquam contagio rimas inveniat.

Arcendum quidquid contagium potest convehere

II. Si Custodiis casu, vel dolo malo superatis, in Latium ingruat pestis, tunc quidem edatur Sac. Consultæ Decretum, quo jubeantur ægri boves ab integris illico segregari, & in unum stabulum concludi : immò tutissimum Consilium foret (idque ego summopere præoptarem) boves ipsos, quos certò lue affectos esse constabit, statim conficere sclopetariæ glandis ictu, nè quid tabidi sanguinis effundatur.

Ægri boves segregandi, aut potius occidendi.

III. Sani quoque boves à prioribus pascuis revocandi, & ad alia intacta compellendi ; namque illa meritò censeri possint morbi seminibus contaminata. Interim verò statuendæ ubique custodiæ, nequis egredi septa, aut ingredi ausit.

Sani boves à pascuis revocandi.

IV. Prætermittenda non est medendi methodus, si scilicet morbus vinci remediis possit. Veterinario autem, cùm ad faciendam Medicinam se conferet, cannabinum, ac cerâ perlitum indusium sibi peculiare

Quid observandum à Veterinario cùm ægris medebitur.

culiare à Villico præberi velim, quo consuetas à contagio vestes suas tueri possit. Post hæc ubi ingressus bubile ægram pecudem opportunis foverit medicaminibus, exuat ceratum indusium, ibidem relinquendum; manusque, ac faciem aceto lavet; inde ad alios curandos, eâdem servatâ lege profecturus. Hoc autem illi necessario est factitandum quotiescunque medendi causâ illuc redeundum est: tutius siquidem foret occidere, quàm curare ægros boves, si quis Veterinarius labem ad sanos delaturus esset.

Quo pacto mortua pecude purgandum, ac suffiendum stabulũ.

V. Stabulum, ubi ægræ pecudes custodiuntur, perpetuò clausis foribus obstructum esse debet, nec nisi veterinario, aut bubulco pateat, donec illæ aut convaluerint, aut morbo confectæ interierint. Quod si decesserint, nudandi tectorio parietes, & laquearia, tergenda præsepia sordibus, ac stramentis, quæ postmodum comburantur. Et cinis cum tectorii crustis humi defodiendus, ex Mosaica lege repetito exemplo, qua domus leprâ polluta intrinsecus radi jubetur, ita ut rasuræ pulvis extra urbem in locum immundum projiciatur, *Levit. cap.* 14. Ac deinceps per octo dies manè, ac vesperi clausis foribus, & fenestris suffiendum est stabulum, ac duabus post horis exterior aër admittendus. Odoramenti genus erit.

℞. *Thuris, Bac. Juniperi part. æq. & bina Allii capita cum duobus hyssopi manipulis: indè admoto igne, fiat suffimentum.* Vel

℞. *Sem. Fœniculi, Baccar. Juniperi ana unc. vj. Hyssopi m. ij. Thuris unc. iij. m. pro suffimento.* Præsæpia verò, & falisca clathratæ hoc medicamine confricandæ tergendæque sunt.

℞. *Sulphuris vivi unc. vj. Allii capita duo, salis comm.*

comm. unc. iiij. Pulv. Salviæ, ac Roriſmarini parum: pinſantur hæc omnia, & aceto diluantur.

VI. Fontes, vaſa, ac labra, quò affecti boves potum ire conſuerant, acri lixivio ex calce potiſſimùm parato abſtergenda ſunt.

Fontium labra lixivio abſtergéda.

VII. Paſtorum etiam veſtes, ac lintea ſuffienda, cùmque ipſi manus, & faciem aceto colluerint, cuſtodiâ eximantur, ac miſſi fiant.

Paſtores ſimiliter purgandi.

VIII. Quod ad cadaverum ſepulturam attinet nihil eſt quod moneamus, integra omnino, ac nè pilo quidem detracto in altiſſimis ſcrobibus tumulanda eſſe. Id tantùm adjiciam opportunum, ac neceſſarium videri, ut corporis partibus, unde ſaliva, atq; excrementa ejici poſſunt, ſtramen alligetur, quod cum mortuâ pecude inhumandum eſt: ac ſi quid uſpiam corrupti humoris in terram deciderit, dum cadaver effertur, ligone confeſtim tollatur, & in foveam conjiciatur; ſatiùs tamen foret totam viam, quanta eſt illius longitudo à ſtabulo ad Scrobem, ſtramento ſternere, quod poſtmodum flammis abſumatur.

Quid præterea in ſepultura obſervandum.

IX. Illud inter cætera eſt animadvertendum, ut ſi vaccæ lactantes morbo afflatæ in iiſdem bubilibus ſtabulentur; emunctum ex uberibus lac injiciatur in defoſſam humum, operiaturque ſinè morâ: quique aliter fecerint ſeveriſſimis pœnis coërceantur.

Vaccarum ægrotantium lac humi defodiendum

X. Ubi verò ægræ pecudes convaluerint, idque certis indiciis fuerit confirmatum, per duodecim adhuc dies bubili contineantur: ac primo ſtatim die eradendum è parietibus, & lacunari tectorium, ſuffienduſque locus, utì ſuperiùs dictum eſt, fricandaque, ac detergenda præſepia, & faliſcæ clathratæ octo dierum ſpatio: quibus exactis, aquâ, & aceto æquabiliter permixtis accuratè pecus in chorte eſt

Si pecudes convaluerint, quæ cautio adhibenda ſit, ut id certò confirmari poſſit.

abluendum, ac deinde per quatriduum adhuc in ſtabulo cohibendum. Quo elapſo temporis intervallo emitti poteſt armentum, & ad ſana paſcua, ut ante, depelli.

Ruſticorum ultro, citroq; commeatus omnino interdicendus.

XI. Neceſſarium quoque videtur ruſticorum, canumque in finitimas regiones commigrationem, ac reditum inhibere, nè ſecum contagii ſemina deferant; quâ de re fuſiùs ſupra diſputatum eſt. Hæc igitur de vitandæ reprimendæque luis bovillæ rationibus à nobis dicta ſatìs arbitramur. Quæ cùm omnia mecum reputo, eorumque ſimul difficultatem, expenſas, pericula, laboreſque confero, nihil aut faciliùs, aut certiùs, expeditiùſque illatæ jam peſtis eſſe remedium video, quàm ſi ſtatim ab initio infirmæ animantes explosis globulis, interficiantur, altiſque extemplo ſcrobibus inferantur.

Occidere boves primum lue tentatos maximum illatæ peſtis remedium.

Excuſatum interim me habeant humaniſſimi Lectores, ſi eadem fuſius antea explicata, ſæpius adhuc, & ad ſatietatem uſque monuimus. In iis enim rebus, quæ publicæ ſalutis interſunt, ſatiùs eſt abundare, quàm deficere; ut graviſſima ſcilicet, utiliſſimaque præcepta altiùs legentium animis illabantur; præſertim cùm nobis ad ejuſmodi ſcriptionem ſtimulos addiderit ea cogitatio, quod patriæ, cui noſtram operam, ſtudiaque ab ineunte adoleſcentia conſecravimus, debeatur hoc munus. Quod quidem, & ſi tenue, non ingratum tamen civibus auguramur. *Lacte enim litant, qui thura non habent.*

JOAN-

JOANNIS MARIÆ LANCISII

Intimi Cubicularii, & Archiatri Pontificii

DE EQUORUM EPIDEMIA

Quæ Romæ graſſata eſt toto Vere Anni MDCCXII.

HISTORIA, JUDICIUM, ET CONSILIUM exhibitum Eminentiſſimis, ac Reverendiſs. S. R. E. Cardinalibus, qui Conſultationibus Civitatum, ac Terrarum Status Eccleſiaſtici præpoſiti ſunt.

BENEVOLO LECTORI.

QUoniam calamitatis fructus is demum eſſe ſolet, ut & ipſi nobis in poſterum diligentiùs, opportuniùsque caveamus, & cæteri noſtro periculo edocti rebus ſuis proſpicere maturiùs diſcant; me cùm de Patriæ, tum de communi omnium ſecuritate pro mea virili meriturum putavi, ſi operi de Bovilla Peſte Appendicem ſubtexerem, de Equorum lue, quæ Latii regiones afflixit Anno MDCCXII. quæque tum Venetis, tum Neapolitanis typis Etruſco ſermone perſcripta ante triennium jam prodiit.

EMI-

EMINENTISSIMI PATRES.

Summi Pontificis, & Cardinalium diligentia ad propulsandam epidemicam luē.



Advertendam equorum luem etiamnunc, minus tamen Romæ, quàm in Neapolitano Regno grassantem, Summi Pontificis,& Vestrarum Eminentiarum jussu, qui curas omnes in publica salute defigitis, nihil est hucusque laboris, nihil operæ, atque industriæ prætermissum,ut & morbi vera natura,& medendi ratio quàm optima investigaretur; nec minor profectò contaminatis eâ labe cadaveribus sepeliendis cura, atque sedulitas collata est. Hujusmodi autem morbus apud nos initio quidem imbecillior, ineunte Martio menſe nuper elapso, coortus est;cùm jam sæviſſima strages tum boum in Patavinis armentis, tum equorum in Neapolitanis stabulis per superiores præsertim menses Januarium, & Februarium edita fuisset; quandoquidem Romæ ex denis equis, eo morbo tentatis, vix singuli intereunt; atque adeò si à principio recta curatio fuisset instituta, præter eos, qui per habitualem, ut ajunt, morbum, à pectore ægri sunt, quosque anxios, vulgò *bolzi* appellamus, planè omnes convaluissent.

Cœpit morbus equorum Martio menſe ineunte.

Antecessit boum clades Patavii,& equorū Neapoli.

Verùm ex iis, quæ hactenus animadversa sunt, planè intelligimus, epidemiam hanc duorum esse genus, quæ ex uno tamen, eodemque sanguinis vitio proficiscuntur, celerioris scilicet, ac tardioris motus: celerior quidem ab acuta febri nihil omninò differt, quæ cùm à principio frigoris sensum, hor-

Duplex hujus epidemiæ genus: primum celeriori, alterum tardiori motu progreditur.

horroremque, quo corpus omne perſtringitur, ſimulque cibi faſtidium afferat, & urinam remoretur, luculenter oſtendit, equos torminibus afflictari; ac demum viſceris alicujus, & præſertim inteſtinorum, omenti, ac ſtomachi inflammationem pati; quemadmodum diſſectis poſtea ejuſmodi cadaveribus licuit experiri. Hoc morbi genus, & ſi parùm frequens, gravius tamen, atque exitialius eſt, cùm celerrimè præcordia quaſi per contagionem polluat, ac bidui ſpatio animantes interficiat. Alterum autem, quod paulatim ingraveſcit, frequentius apud nos graſſatur, itaut nunc temporis jure, ac meritò epidemicum dici poſſit. Equus enim pabulo, ac potu ſenſim abſtinet, dejectoque capite, & oculis conniventibus mœſtior evadit: nec eidem primo ſtatim die fauces intercluduntur; verùm tantummodo intentiores, durioresque, quàm naturâ eſſe ſoleant, ad aſperæ arteriæ caput, ſinè ullo tamen doloris ſenſu, deprehenduntur. In eo rerum ſtatu ſi quis equum affectâ jam valetudine per incuriam, negligentiamque, ut plerunque fieri ſolet, fatigaverit, continuò morbus increſcet: namque & febris acuta, & anxietas adorientur, itaut ſibilare naribus, ac ſtertere, eique guttur ut plurimum tumeſcere incipiat. Alii verò deſides fiunt, ac linguam exertant luteo colore ſuffuſam: interea quibus corporis agitatio, atque convulſio, pellis aſperitas, urinæ retardatio, ac frigidus ſudor fuerit obortus, majori ex parte emoriuntur; cùm contra convaleſcant ii, è quorum naribus, atque ore copioſior mucus emanat, aut quibus magna graveolentis urinæ vis elabitur, aut crura denique intumeſcunt.

Prius morbi genus exitiale eſt.

Poſterius haud æquè periculoſū.

Ejuſdem deſcriptio.

Equi male affecti minimè fatigandi.

Fatigatos febris, anxietas, creber anhelitus, & gutturis tumor corripere ſolent.

Emoriuntur autem, quibus convulſio, pellis aſperitas, urinæ retardatio, & frigidus ſudor oboritur.

Qui convaleſcunt,

Hoc autem alterum mali genus, quod à Græcis Scriptoribus Hippiatris *Malidis* nomine appellatur,

Ejuſmodi morbus *Malis* dicitur apud Græcos.

tur, à Virgilio [a] poëticis pigmentis illuſtratum invenimus.

[a] *Georg.3.*

Labitur infelix ſtudiorum, atque immemor herbæ
Victor equus, fontesque avertitur, & pede terram
Crebrò ferit: demiſſæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.

Imi ventris, ac thoracis viſcera inflammantur.

Enimverò hoc mali genus, Rufo Authore *febris epidemica*, dici poteſt: quo deinde fit, ut imi potiſſimum ventris, ac thoracis viſcera inflammentur, interceptis nimirum, collectisque illuc morbidis humoribus, atque adeò, ut in linguæ glandulis, & qua parte aſpera arteria ad œſophagum adhæreſcit, lympha cohibeatur.

Labor, purgãtia, atque irritantia medicamina equos interficiũt.

Quod ſi morbus ab initio, cùm equus averſari pabulum, ac triſtior eſſe cœpit, rectè atque ordine curatus fuerit, facili negotio depelletur: è contrario diuturnior, ac pernicialis eſſe conſuevit, ſi nulla ægris animantibus laboris ſit intercapedo; aut ſi infuſo per os medicamine purgentur, vel acrioribus remediis eorum fauces extimulentur. Nam quæ vellicandi, & corrodendi vim habent, citius vitioſorum fluidorum colluviem ad locum ſtimuli, ac præcipuè ad gutturis, pulmonisque muſculos adducunt: unde quædam anginæ, & ſuffocationis ſpecies oritur. Non defuere tamen, qui rationali quadam empiricâ ducti morbidum hunc humorem, non intrà, ſed extra collum admoto emplaſtro corrodente, ſummâ cum utilitate revocarunt.

Qua de cauſa id fiat.

Conventus peragitur apud Illuſtriſſimum Præſulem Curtium Origum.

Cùm igitur veſtro, Eminentiſſimi Patres, Decreto apud Præſulem Illuſtriſſimum Curtium Origum [b] magni iſtius Tribunalis à Secretis, eâ de re ſedulò deliberaturi ſæpius conveniſſemus, Illuſtriſ.

[b] Nunc verò S. R.E. Cardinalé.

Præ-

Præſul Criſpoltus, Eminentiſs. Camerarii Auditor, nec non ipſe ego, ſimulque Viri egregii DD. Michael Angelus de Paulis Protomedicus Generalis, Jacobus Sinibaldus, & Dominicus Gagliardus, quippe qui ſunt Conſiliarii ejuſdem Protomedici, poſtremò etiam ſcientiſſimi rei Veterinariæ quot quot in hac Urbe reperti ſunt, pleraque omnia ad equinam hanc epidemiam pertinentia fuerunt agitata: nec ſecus apud Excellentiſſimum Oratorem Melitenſem Marcellum Sacchettum eadem de re Conventus habiti fuerunt nobili adhibito Viro Vincentio Origo Arcis Hadrianæ cuſtode altero; ambo enim naturas equorum, morboſque optimè callent. Itaque cum iiſdem ea, quæ ſubjicimus, conjunctim & accuratiùs explorata ſunt.

Quidnam in eo Conventu agitatum fuerit.

I. Quænam hujuſcemodi epidemiæ cauſa, & origo fuerit.

II. An Equi contagione polluantur.

III. Quæ ſit præſtantiſſima medendi ratio.

IV. Quæ cura inferendis humo cadaveribus adhibenda ſit.

Ac primo quidem, quod ad mali fontem, ac principium attinet, uno conſenſu omnes internam, ac præcipuam hujus epidemiæ cauſam in equorum ſanguinem, lymphaticis fervidiſq; particulis abundãtem, non ad ſolidas modò corporis partes vellicandas, convellendaſque, verùm etiam ad liquidas agitandas & cogendas aptiſſimis, contulerunt. Enimvero educto ex ipſorum venis cruori (qualem ſæpenumero Medici in pleuritide vexatis obſervant) ſubalbida quædam pars ferme lutea, & laridi more craſſa in ſuperficie paſſim concreſcit. Prætereaque morbum comitantur muci è naribus egeſti cum naturæ tum artis opera. Denique cadaverum quoque

Seroſæ ac fervidæ particulæ sãguini admiſtæ ejus mali cauſa interior.

Id variis argumẽtis oſtenditur. I. ex ſanguinis craſſitudine. II. ex muci egeſtione. III. è polyporum concretione.

sectiones, in quibus plurima polyporum instar concreta corpora in cordis sinubus, ac supra pericardium, quin etiam proximè tracheam, & œsophagum reperta sunt, apertissimè demonstrant, lymphamꝰ ipsam, quæ concrescendi vim habet, pro locorum varietate multiplices morbos efficere.

Exterior morbi causa cœlũ noxiis seminibus refertũ apud aliquos pabulum igneis salibus abundans.

Externam verò, communemque ejus calamitatis causam cœli vitio peculiariter attribuimus, existimantes hoc anno aërem quamplurimis seminibus liquidarum partium temperationi, ac solidarum texturæ, quibus è partibus equi corpus est coagmentatum, infestis, ac noxiis esse refertum; eo ducti argumento, quòd teterrima hæc lues universa penè equilia sinè ullo discrimine pervaserit; itaut pabuli, aquarumque dissimilitudo, in tantâ Urbe omnino necessaria, nihil prorsus obstiterit, quominus in omnes ferè epidemia desævierit. Nec defuere, qui suspicati quoque sint avenas, & fœnum superiorumꝰ tempestatum vitio acerrimis, igneisque salibus abundare.

Morbus haudquidem contagione contrahitur, aut halitu afflatur.

II. Verùm ad contagionem quod spectat, planè universi morbum hunc haudquaquam halitu afflari jure optimo censuerunt; cùm in stabulis ad vicinos ejus mali labes plerunque non pertineat: ægrorum utique salivam, qua esculenta, ac poculenta fuerint contaminata, suspicionem injicere, nè, si hæc sani, ac benè valentes devoraverint, in eandem perniciem propter morbidum alimentum incurrant.

Salivæ contactus suspicionem afferre potest.

Curandi ratio docetur.

III. Nunc ad id, quod tertio loco propositum est, videlicet ad utrunque morbi genus propulsandumꝰ deveniamus. Quamquam plerique diversam, longèque dissimilem curandi rationem ineant; nihil tamen utilius utrobique esse deprehendimus sangui-

Sanguinis missio utilissima in hisce morbis.

nis

nis missione. Id tamen discriminis animadvertendum fuit, quod ad prius attinet morbi genus; scilicet equos, si frigore correpti, nondum febrili æstu incaluerint, & sanguinis missione curati sint, plerunque interiisse, aut diutissimè conflictatos ægrè convaluisse. Quo circa prudentiores Veterinarii hujusce curationis initio semiunciam potius theriacæ, aut olei, è succino eliciti drachmam, vel aquis cardiacis, vel, cum imbecilliores equi forent, uni, aut alteri heminæ vini albi permixtam adhibuerunt eodem temporis articulo, cùm ipsi acerrimam vim frigoris, ac doloris ferunt. Nec fortè immeritò vinum tunc temporis ægrotantibus equis opem laturum Virgilius [a] existimavit.

Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos: ea visa salus morientibus una.

Sed in priore si febrilem caloré anteverterit admodum noxia.

Frigoris initio theriaca, aut oleum Succini in aquis Cardiacis adhibendum.

Vinum album ac lene prodesse solet ex Virgilio.

[a] *Eodem loco.*

Contra verò obfuturum iis, quos, remisso, sedatoque frigore, occuparit inflammatio.

Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti
Ardebant.

Obest verò, cùm occuparit inflãmatio.

Itaque si postmodum incaluerint, iisque clyster emolliendi causâ fuerit infusus, securè sanguis è laterum venis emitti potest; temperatisque diureticis explenda curatio est: itaut in singulos dies quinas aquæ, quam cardiacam vocant, aut ptisanæ ex hordeo libras pondo, additâ salis polychresti unciâ, & ammoniaci drachmâ, potionis loco ægrotantibus præbeant: hæc ipsa salis genera clysteribus ex decocto emolliendi, ac electuario leniendi vim habente, oleoque rosaceo (adjunctâ etiam, cùm tempus, & necessitas flagitat, stibii scoriâ) quotidie admovendis inspergere consueverunt. Nec planè infructuosum fuit, inserto frænulo, salivam copiosius elicere, quemadmodum inferiùs planum faciam.

Ante sanguinis missionem clyster emolliens adhibendus.

Potionis loco aqua cardiaca, aut ptisana ex hordeo admisto sale polychresto vel ammoniaco.

Adjungitur stibii scoria, si usus veniat.

Posterior morbus ab initio sanguinis missione curatur.

Cæterùm frequentiorem morbum, quo equi sensim correpti pedetentim abstinent cibo, ac mœrori se dare videntur, eâ potissimùm ratione curari animadversum est; si nempè confestim sanguinis copia imminuatur, saliumque vis, & acrimonia diluendo temperetur; ut indè paullatim uberior saliva, atque urina foràs elici, ac morbidus humor in articulos possit compelli. In primis igitur emolliendi gratia

Sanguis primo emittêdus è dextera cervicis parte.

infuso clystere (qui planè quotidie ad restitutam usque valetudinem est iterandus) ex dextera cervicis parte mittendus est sanguis, ut ad incidendas deinde, si opus fuerit, palati venas quasi jactus sit gradus.

At quoniam hujuscemodi morbi lues sæpe ad salivarias asperæ arteriæ, atque œsophagi glandulas confluit; maximo usui esse frænulum experti sumus,

Frænulum ori inseritur ad salivam eliciendam.

si nempe quotidie quater, aut quinquies ori inseratur, eiq; frænulo massa, ex qua pilulæ fiunt, adnectatur linteo nodo colligata. Hujus autem conficiendæ rationem inferius A. litera persequemur. Id tamen perpetuò est accurandum; ut exinde os equi tepido vino, admixtoque marino sale colluatur.

Nec defuere præterea qui utile, atque opportunum esse existimarent colli cutem trajecto setaceo perforare: quo fiat, ut lympha illa tenacior, quam

Colli cutis trajecto setaceo perforatur, ut lympha tenacior emanet.

sectis cadaveribus, tracheam inter, & œsophagum, ac supra pericardium, & pulmones concretam deprehendimus, paulatim foràs ejiciatur: Nec minorem

Unguentum ex althea, butyro, oleoque laurino.

sanè utilitatem affert emolliens unguentum ex althea, butyro, oleoque laurino conflatum, quo collum, & guttur peruncta fuerint: cùm è contrario

Vesicantia perniciem creant.

vesicantia iisdem partibus admota perniciem afferre consueverint; propterea quòd, cùm vehementer extimulent, ac parum humoris eliciant, eumque tenuissimum

ſimum præſertim in equis, dura, piloſaque cute contectis, multo majorem ejus copiam contrahant in eas præcipuè partes, quæ jam graviter affectæ ſunt.

Juxta autem neceſſarias duximus diureticas potiones: ac cæteris quidem præſtat ptiſana ex hordeo, ſale polychreſto, aut antimonii hepate conſperſa: cujus parandi modum B. litera docebimus. Nec planè ſanguis hircinus, atque id genus pulveris, quod antipleuriticum dicitur, repudiandum videtur. Ad hæc pellis contrectatio, hoc eſt frictiones haud parum afferunt adjumenti ad luem in articulos avocandam, & colligendam: unde ejuſmodi *Malidis* ſpecies periculi omnis expers enaſcitur, quæ à Græcis *Arthritica* appellatur, quæque in præſenti clade ſeneſcentis morbi indicium eſſe conſuevit.

Diureticæ potiones, ptiſana ex hordeo, de qua ſuperiùs, ſanguis hircinus, pulvis antipleuriticus, frictiones mirum in modũ proſunt.

Malis Arthritica morbi ſeneſcentis indicium eſt.

Quoniam verò equi, utroque mali genere in cibos faſtidiunt, ac mandendi, deglutiendique facultas iiſdem paulatim imminuitur; id ſumma omnium diligentia, atque induſtria cavendum eſt, nè debilitatis, fractiſque viribus contabeſcant. Quamobrem primò quidem objectis ſonchi, ſive cicerbitæ, cichorei, aut tenellis ſalicum frondibus ad cibum ſponte capiendum, ſi fieri poſſit, alliciendi ſunt. Quod ſi parum rectè proceſſerit; quemadmodum reapsè docet eventus; quotidie bis terve neceſſe eſt conſueto cornu polentam in fauces infundere è ſingulis hordeaceæ farinæ, quinis verò aquæ libris, quæ injectis aliquot ſacchari unciis parumper ebulliant: nam conveniens equorum naturæ cibus eſt hordeum; ſecus verò jus carnium, earumque intrita, atque ova, quæ ab imperitis quibuſdam veterinariis ſpecie melioris alimenti præbentur detrimento potiùs, ac noxæ futura iſtiuſmodi animantibus comperiuntur, quippe quæ multum à conſuetis, congruen-

Quo pacto ad cibum capiendum equi alliciendi ſint.

Ova, jus carniũ, & intrita repudianda.

gruentibusque eorum naturæ cibis abhorrent.

Quæra quis hoc loco qua ratione præcavendum, providendumque sit, nè sani in morbum delabantur? Huic respondemus, Equos modicâ duntaxat avena, cui madidus furfur admisceatur, alendos esse, ac præsertim maturandam sanguinis missionem, præbendamque iis phalaridem, quam nostrates *fraina* dicunt, aut saltem cichoreum, ut scilicet acrimonia illa, & crassitudo sanguinis, ejus mali fons, atque origo, penitus emolliatur, & si quid illorum fluidis sinè noxâ admisceri non debeat, per alvum eluatur, atque expurgetur. Quanquam verò eam in spem erigamur, ejusmodi morbum exeunte vere funditus apud nos fore tollendum.

Qua ratione morbus præcaveri possit.

IV. Cæterum humandorum cadaverum ratio, quam postremo loco proposueramus, nunc diligenter, ac subtiliter est expendenda. Quamvis Vos, Eminentissimi Patres, statim ab initio satìs cautum, atque provisum esse judicaretis Interdicto, nè mortuis equis tergora detraherentur, neve carnes intra Urbem alendis felibus divenderentur; itaut funibus revincta cadavera secundo flumine ad alterum ab Urbe lapidem deportanda essent, atque inde in mare abripienda, aperto tamen priùs illorum thorace, extractoque pulmone, ut statim fundum peterent: altero tamen Conventu habito, ea res iterum deliberata est, cùm in illam cogitationem incidissetis, fieri certò posse, ut ex equorum numero in Tiberim dejectorum aliquot in tam longo, ac flexuoso fluminis alveo hìc illic ad ripas ante destituerentur, quàm in mare delati fuissent; atque, etiamsi illuc omnia cadavera confluxissent, ut subita vi tempestatis ad Ostiense, aut Portuense litus ejicerentur (quemadmodum balænam expulsam olim fuisse narrat Plutarchus,

Quomodo cadavera sepelienda.

Interdictum, est ne mortuorũ carnes vẽderentur.

Cadavera ad alterum ab Urbe lapidem per Tiberim deportata sunt.

Balænæ aliquando ejiciuntur ad litus.

chus, & Jovius) quamobrem è putidis cadaveribus teterrimæ exhalationes emanarent cum peſte, ac pernicie non agreſtium modò, verùm etiam Romanorum Civium : præſertim cùm uſquequaque litoris ora Auſtro, & Africo, inſaluberrimis ſub hoc cœlo ventis, objecta ſit; his, inquam, accuratè perpenſis conſtitutum à Vobis Eminentiſſimi Patres atque decretum eſt, integra cadavera, calce obruta, hunc in modum eſſe ſepelienda.

Campus, itaque arationi minimè opportunus, delectus fuit extra Portam Oſtienſem ad quintum circiter ab Urbe lapidem, ſecundum Tiberim, ut commodè illuc in ſingulos dies deportarentur cadavera, ibique in acclivi loco, quà Romæ collis prætenditur, ſcrobes in altitudinem duodenum pedum effoderentur: quò integris cadaveribus conjectis venter tantummodo incideretur, ut certo deinde intrò calcis modo totum corpus obtectum poſſet inferri : ad ſingula enim tumulanda quingentas circiter, aut ſexcentas libras pondo impendere ſolent. Poſtea verò tantum injicitur humi, ut cumulo ſupra planitiem aſſurgat, nè ſcilicet, dum putreſcit cadaver, ſubſidente ſolo paulatim fovea excavetur, in quam aqua pluvia confluere, ac ſtagnare poſſit: eoq; conſilio ſtipari humum, & comprimi, ibidemq; poſt aliquanto ſeri fœnum, & gramina juſſum eſt, ut quicquid miaſmatis ſolutum, ac liberum vaporis inſtar per aëra vagari poſſit, ac morbos afferre, à vireſcentibus herbis imbibendum hauriatur. Quod ſanè conſilium his verbis expoſuit Foreſtus [a] *Delphis apud Batavos peſte jam ſopitâ, & cœmeterio cadaveribus oppleto, habitam conſultationem inter Medicos, num calce, aut lapidibus illud cœmeterium eſſet obruendum, ac decretum fuiſſe, ut multa terra ſuperinduceretur, atque in eam*

Cadavera in cāpo ſepulta ſunt effoſsis ſcrobibus in altitudinem pedum duodenú, deinde calce obruta.

Humus inſuper aggeſta in tumulum, nè ſubſideret, ibique aqua ſtagnaret.

Eo in loco gramina, & fœnum ſata, ut noxii vapores iis exciperentur.

Haud aliter apud Batavos Delphis factitatum.

[a] *Lib. 6. Obſer. 25. in Scholio.*

eam varia herbarum ſemina conjicerentur, ut creſcente gramine, & clauſis ſpiraculis lues minus denuò ſubpullularet.

Ea ratione cavetur ne equorum lues in hominum morbos vertat, quod ſi quando incidit, incuria id factum eſt.

Hoc igitur pacto haudquaquam videtur extimeſcendum, nè equorum lues corpora etiam humana pervadat; ut non rarò accidiſſe narrant hiſtorici: nam, præterquam quòd morientium numerus non augetur, cùm bini, nec plures ſingulis diebus intereant, (hoc enim permagni intereſt,) ſummâ curâ, diligentiâque ſepeliuntur: eſt enim veriſimillimum, calamitatem iſtam ob hominum incuriam, negligentiamque aliquando incidiſſe. Atque idcirco ad æternam CLEMENTIS XI. ac veſtrum omnium, EMINENTISSIMI PATRES, commendationem, innocuo penè, ac celerrimo hujuſce cladis exitu comprobatam eſſe teſtamur præclariſſimam illam ſacrarum literarum ſententiam, *Humana* ſcilicet *conſilia divinitus gubernari.* Enimvero proſpicientibus vobis publicæ incolumitati, ſummâque Dei benignitate veſtros conatus adjuvante, nos Romani Cives Ajacis quaſi clypeo protecti feliciter venenata equinæ contagionis tela depulimus, itaut jam in vado res ſit, atque in portu ſecuri navigemus.

Hic

Hîc autem tum remediorum ſummam, tum duas cadaverum diſſectiones adſcribimus, quibus noſtra de morbi natura, & curatione opinio confirmatur.

A. LITERA

Ratio conficiendæ maſſæ pilularis, quæ in linteolum nodo conſtrictum, & equi frænulo alligandum conjiciatur.

℞. HEpatis Antimonii, baccarum lauri in pulverem redactarum, aſſæ fœtidæ æquales partes; aceti verò quantum ſatis ad pilularem maſſam conglutinandam, ex qua fiant boli, quorum quiſque ſemiunciam pendat. Horum verò unus linteolo circumductus frænulo alligatur, & per totum curationis tempus ſatis eſſe conſuevit. Præterea admonitum te, Lector, volo, aſſam fœtidam accuratè contundendam eſſe, & aceto ſubigendam, donec in mollem maſſam concreſcat; cui deinde paulatim cæterorum pulvis eſt admiſcendus.

B. Litera

Parandi Hepatis Antimonii ratio.

PRimo quidem ſtibii Hungarici, quod crudum, ac nitidum ſit, libras ſex, ac nitri iterum excocti libras quatuor & dimidiam aſſumito : hæc autem deinde in pulverem redacta commiſce, & in ferream galeam conjicito, itaut duabus tertiis ſui partibus vacua ſit : hanc igni demum imponito. Verùm ſexta, poſtquam deflagraverint, hora hepatis ſcoria per mallei ictus divellatur ; quæ deinceps minutatim contrita clyſteribus admiſcetur, quippe quæ nitri vim ſervat. Hepatis autem in pulverem redacti uncia circiter, aut binæ pondo per triginta dies furfuri, ac polentæ immixtæ equis devorandæ præbeantur.

Duæ ſectiones equorum, una quidem jam interempti ; altera vero nondum mortui, ſed ſpirantis in graſſante Epidemia.

Prior Cadaverum Sectio.

Sectio equi priore morbi genere confecti.

EQui intrà biduum è vivis ſublati ab eo morbo, qui primò ventrem torminibus, ac deinde totum corpus frigoris horrore perſtringit, in Mole Hadriani, quam S. Angeli Arcem appellant, peracta ſub horam ab ejus interitu quartam, VI. Kal. Majas anno 1712. cui ſectioni præter D. Franciſcum Soldatum Med. Doctorem eruditiſſimum, qui eidem præfuit, & Sebaſtianum Fuinum Chirurgum diſſectorem, Excellentiſſimus Melitenſis Orator, Illuſtriſſimi Viri Præſul

Præſul Criſpoltus, ipſe ego atque Arcis Præfectus alter, quin etiam Comites Buſſius, & Spada, nec pauci è Romana Nobilitate, plurimique etiam Veterinarii adfuere.

Primò igitur imus ac medius venter, in quo morbi ſedem eſſe opinabamur, ſtudioſiſſimè obſervati ſunt. Itaq; ſciſſo abdomine, meſocolon, ſeu vinculum illud è membranis contextum, quod inteſtinum colon lumborum regioni alligatum detinet, omni ex parte rubicundum, atque inflammatum offendimus, cujuſmodi ſpeciem omentum quoque præſeferebat: quin ſtomachus ipſe ſubrubebat, quà omento adnectitur. Id verò præ cæteris ſingulare eſt animadverſum, ſerum ſcilicet quoddam luteo colore è ſuis ſedibus infra ventriculum in ſinum abdominis effuſum.

Imi ac medii ventris viſcera obſervata ſunt.

At reliqua infimi ventris viſcera nihil quidquam immutata videbantur, excepta duntaxat cyſti fellea, quæ bile coloris nimiùm ſaturi redundabat. Verùm quia morbus animanti urinam inhibuerat, potiſſimum renes diſſecti ſunt, qui, quod ad colorem, ſubſtantiamque pertinet, nullo morbo contacti oculis apparuerunt. Unde eſt evidenter intellectum non quidem organorum vitio, ſed nimiâ ſeri tenacitate, ac nervorum convulſione cum dolore conjuncta, qua renum tubuli ſupra, quàm par erat, adſtringebantur, urinam fuiſſe retardatam. Ut autem, qua æquum fuit, accuratione ac diligentiâ thorax inſpiceretur, optimum factu duxerunt Proſectores à faucibus initium ducere, ac deinceps per aſperam arteriam, & œſophagum ad ventris ipſius cavum deſcendere. Ablatâ igitur inferiori mandibula, tumoris omnis, atque inflammationis expers reperta eſt non lingua modò, pariterque larynx, quæ trachææ, atque pharinx, quæ œſophagi in faucibus eſt principium; verum etiam

tota quanta eſt trachea, cùm hanc ob cauſam fuiſſet ad pulmones uſque per longitudinem diffiſſa. Cæterum hanc ab œſophago divellere conantibus humor quidam glutinoſus,ac lentus colore admodum luteo ſe ſe obtulit, qui longo tractu in thoracem illabebatur: cujuſmodi lymphæ tenaciſſimæ, atque ſtagnantis magna copia infra ſternum, ac ſupra pericardium inventa eſt. Cor autem tenſione quadam correptum, ac propterea rotundius inventum: continebat autem in dextero ſinu ſanguinem atrum, ſpiſſum,atque fibroſum, duoſque præterea polypos. Lævæ pulmonis partes coſtis adhærebant eodem illo glutinoſo, ac luteo humore coopertæ, quo pericardium erat obductum. Perruptâ demum calvaria tam liquidas, quàm ſolidas cerebri partes nulla labe contaminatas deprehendimus.

Altera Sectio

Equi adhuc ſpirantis, eoque quintum jam diem laborantis morbo, qui paulatim ingraveſcit, V. Kal. Majas coram iiſdem Nobiliſſimis Viris, ac Profeſſoribus peracta fuit.

Sectio equi altero morbi genere laborantis.

PRimò itaque reſerato abdomine non ſolum omentum undique inflammatum,& meſocolon (ut inaltero pridie compertum fuerat)verùm etiam totum ileon,ac ſtomachi partem rubro admodum colore ſuffuſam reperimus. In ea verò meſenterii parte, qua jejunum inteſtinum colligatur (quod adhuc ciebatur vermiculari motu, quem periſtalticum appellant) complures lacteas venas viſu pulcherrimas animad-

animadvertimus, quamquam equus ille integrũ diem cibo, ac potu abſtinuiſſet. At reliqua viſcera, quamvis acriori colore, quàm natura fert, contincta viderentur, non æquè tamen inflammata, ac eadem inteſtina dici poterant. Deinde intrà thoracem præter luteam lympham, & ſubpinguem, ac penè concretam, quæ ſuperiores externaſque pericardii partes obtexerat, nullum omnino in pulmonum lobis, atque in corde, cujus ſinus & ſanguine, & polypis vacui erant, vitium deteximus: ex quibus deducitur, equis non priùs quàm naturali morte decedant, humoris aliquid plerumque in corde cohiberi. Ad aſperæ arteriæ caput, & linguæ radicem muſculos omnes pullo colore infectos vidimus; at neque in tracheæ, neque in œſophagi tubo memorabile quidquam eſt animadverſum; ac nè concretio quidem illa luteola, quam priore diſſecto, equo tracheam inter, & œſophagum videramus: lingua autem circa radices vehementer intumuerat.

Sectâ demum calvariâ cerebri ſuperficiem, ac vaſa admodum turgida, & atro ſanguine oppleta conſpeximus: quin etiam ipſius corticem preſſiori colore ſuffuſum. Nec ſeri tamen quidquam in cerebri ſinubus repertum eſt: nam cæteras illius partes perquam ſimiles iis, quæ in hominibus inveniuntur, intactas deprehendimus.

Itaque ex utraque obſervatione ſerie colligi poteſt, ſævientem in equos luem ſanguinis vitio creari; quo ſubſiſtente, alia, atque alia viſcera, prout ante fuerint affecta, & diſpoſita, violantur, atque inardeſcunt.

MORBI FINIS.

EXeunte Junio ejuſdem anni 1712. Summo Dei beneficio equorum epidemia Romæ extincta eſt; nulla penitus urbano, aut finitimo aeri communicatâ labe. Id quod certo certius non levi ex parte tribuendum videtur eximiæ diligentiæ, quâ Illuſtriſſimus Præſul Criſpoltus equorum cadavera quàm citiſſimè, & quàm altiſſimè ſepelienda curavit.



INDEX RERUM,

ET VERBORUM.

A

ÆRarium publicum tempore bovillæ peſtis erat exhauſtum. pag. 55
Aer contaminatus cur non omnia animalium genera indiſcriminatim afficiat. 157.
Qua ratione corpora labefactet. 158.
Ager Romanus in Bovilla peſte cur majori quàm alibi diligentia indiguerit. 38.
In agris à peſte immunibus ſementem ſolito majorem faciendam exiſtimatum. 56.
Agricolæ frumenti diſtributione ad ſerendum allecti. 62.
Etiam pecuniæ mutuæ ſinè pignore. 63.
Agricolarum inopia depoſitis publicè nummis, ac mutuò datis juſſu Pontificis ſublevata. ibid.
Agricolas erga à Clem. XI. privilegia Pauli V. amplificantur. 64.
Agrorum cultorum cenſus indictus. 56. & 57.
Agrorum Domini ac coloni qua ratione ad eorundem cultum fuerint pellecti. 60.
Agros boum penuriâ incultos, dominorum ſumptibus arandos fuiſſe. 55. & 56.
Eminentiſs. Albanus in conſilium adhibetur ad bovillæ peſti occurrendum. 3.
Alimenta prava quomodo humores inquinent. 36.
Quibus potiſſimùm perniciosa. 38.
Alimentum quale, talis eſt ſanguis. 36.

Ana-

Anatome brutorum, ac plantarum ad Medicinam utilis. 180.
Ex eadem humanarum ægritudinum causæ innotescunt. 182.
Illustriss. Angelus Gabriellus peculiari Congregationi super bovilla peste adhibetur. 8.
Animalia munimine S. Johannis à peste olim liberata. 152.
Et meritis B. Gerlaci, & B. Goslini. *ibid.*
Aquæ stagnantes in agro Romano. 38.
Arationis tempus in bovilla peste utiliter anteversum. 64. & 71.
Ἀρθρίτις. *Vide* Malis.
Auctor bovillæ pesti imminenti dissertatione prospicit. 2.
Bovillam pestem in Latio incipientem primus indicat. 3.
Congregationi habitæ apud Eminentissimum Camerarium Pontificis jussu interfuit. 58.
In peculiarem Congregationem super bovilla peste cooptatur. 8.
Sanctissimi Pontificis jussu consilium init ad eandem avertendam. *ibid.*
Auctoris dissertatio epistolaris de bovilla peste. 178.
Oratio de Bupreſtis natura. 165.
De bovillæ pestis causa. 176.
De carnibus infectis. 37.
De suspectis bobus subitò interficiendis. 5. & 6.
Eadem ab uno ex Eminentissimis Patribus comprobatur. 6.
Auctores qui de bovilla peste antiquitus scripserunt. 184.
Ii præcipua symptomata non retulerunt. *ibid.*
Augusti lex de cadaveribus cremandis. 43.
Auster & Africus Romæ insaluberrimi. 231.

B

Illustr. BAncherius *Præsul peculiari Congregationi super bovilla peste Præfectus.* pag. 7.
In consilium advocatur ad bovillam pestem avertendam. 3.
Illustrissimum Ghezium Præsulem de bovilla lue per epistolas admonet. 4.
Ejusdem consilia super agrorum cultura bovillæ pestis tempore. 59.
Præfatio ad Eminentissimos Patres. *ibid.*
Borromæus Antistes bovillæ pestis historiam ad Auctorem mittit. 178.
Bos Pannonicus cur statim pestem non attulerit. 189.
Bos primò peste contactus cur evaserit. 199.
Boves ex locis pollutis adducti à cæteris separantur. 4.
Qui lue afflatis misti fuerant, peculiari sepimento includuntur. *ibid.*
Pauci ex iis evadunt. 5.
Peste affecti brevi moriuntur. *ibid.*
Lue infectos curandos potiùs, quàm occidendos statuitur. 6.
Suspectos statim unà cum contaminatis fuisse occidendos. 5.
Lœmocomio propinqui lue afflantur. 6.
Nè in nundinas adducerentur interdictum. 9.
Obesiores gracilioribus lui magis obnoxii; & cur. 160. & 191.
A contaminatis separati immunes fuerunt. 167.
Senes ac macri cur contagioni minùs obnoxii. 191.
Peste perempti quomodo sepeliendi. 9.
Colendis agris qua ratione aliunde adducti. 52.

Quibus in regionibus & cur arationi neceſſarii. ibid.
Ad arandum idonei nè venderentur vetitum. 53.
Tantum viribus confectos vendi Laniis permiſsũ. 54.
Aratores cur publica pecunia non debuerint comparari. 55.
Nullis adhibitis remediis faciliùs convaluerunt. 211.
Bovilla contagio per ſolum contactum atque afflatum diſſeminatur. 5.
Peſtis quæ mala reipublicæ inferat. 7. & 199.
Peſtis à Bove Pannonico in Italiam illata. 187. & 189.
In agro Romano & Latio cur mitior. 39.
Peſtis in agro Romano difficiliùs propulſatur, quàm in tranſpadanis. 38.
Bovillæ peſtis initia & progreſſus in Italia. 1. & 2.
Immanitas & pernicitas. 4.
Symptomata. 175.
Peſtis cauſa generalis. 170.
Particularis ignota. *ibid.*
Bovillæ-peſtis damna in Romana ditione leviora fuerunt ob Pontificis vigilantiam, ac pietatem. 74.
Bovillam peſtem à bupreſti illatam fuiſſe opinatum eſt. 162.
Negatur, & quibus rationibus. 165.
Per contagionem tantum illatam. 175.
Bovilli cadaveris halitu viator interemptus. 40.
Bovis caput marmoreum bovillæ peſtis cauſa olim creditum. 172.
Boum ſuſpectorum carnes toleratæ. 36.
Infectorum excoriatio cur potiſſimùm fuerit interdicta. 38.
Boum peſte tactorum necis vel ſalutis via quænam fuerit. 155.

Cuſtodia peſtiferis halitibus ſingulare remedium. 213.
Exemplis comprobatur. 213. & 214.
Ab antiquis commendata. 214.
Infectorum carnes, pelles, cornua atque adeps interdicuntur. 9.
Peſte interemptorum numerus in Latio. 69.
Mortuorum numerus ad quos fuerit relatus. 44.
Sepeliendorum ratio edicto declaratur. 42. & 43. & 219.
Cadavera in mare conjici permiſſum, & quibus cautionibus. 46.
in Boum cadaveribus quid præter naturam fuerit obſervatum. 195.
Boum penuria Italiæ maximè damnoſa. 52.
Aratorum penuriæ multæ cauſæ. 54. & 55.
Penuriæ prævento arationis tempore conſultum. 64. & 71.
Bubilia, extincta peſte, citiſſimè repleta. 71.
Bubulcus ſæpe peſtem armentis infert. 188.
Bupreſtem non fuiſſe cauſam bovillæ peſtis. 162. & 165.
Quibus rationibus demonſtretur. 167. *uſque ad* 170.
Bupreſtes non ſolùm boves, ſed cætera quoque animalia infeſtant. 169.
Bupreſtis notitia è Medicorum ſcriptis à J. C. hauſta. 165.
Deſcriptio. *ibid.*
In Italia rarò inveniri juxta Plinium & Aldrovandum. *ibid.*
Frequenter juxta Marcellum Virgilium. *ibid.*
In agro Romano non deprehenſus tempore peſtis. 167.
Venenum commorſa tantùm animalia inficit. *ibid.*
limentum cichorium. 169.

Eum propinantium pœna. *ibid.*
de Bupreſtis natura libellus Pontifici oblatus. 163.

C

CAdavera boum quàm longè ab oppidis fuerint ſepelienda. pag. 43.
Nè in Tiberim projicerentur cautum. 44.
Itidem nè inſepulta abjicerentur. 43.
In Tiberim dejicientes qua ratione deprehenſi. 45.
Qua diligentia fuerint conquiſita, atque à flumine extracta. *ibid.*
In mare conjici permiſſum, & quomodo. 46.
Iiſdem in mare conjiciendis cur pulmones detracti. *ibid.*
Cadavera equorum ſepelienda potius quàm demergenda. 231.
Cur in Tiberim non fuerint projicienda. 230.
Quomodo tumulanda. 231.
Cadavera demerſa cur fluitent. 46.
Cadaverum inſepultorum noxa. 39. & 230.
in Cadaveribus boum quæ præter naturam ſint deprehenſa. 176.
Calamitates nos & poſteros cautos reddunt. 221.
Campani boves peſte contacti clam Romam adducuntur. 2.
Canum commercium peſtis tempore inhibendum. 220.
Caput bovis marmoreum bovillæ peſtis cauſa olim creditum. 172.
Eminentiſs. Cardinales in Congregationem ſuper boum aratorum penuria advocati. 58.
Caritatis antevertendæ cura quibus commiſſa. *ibid.*
Carnes immundæ Deuteronomii præcepto cur vetitæ. 33.
Infectæ cur interdictæ. 35.

Morbo infectæ naturâ immundis magis insalubres. 33.
Venales salubritatis nota obsignatæ. 34.
ex Carnibus contaminatis salsamenta vetantur. ibid.
Carnium infectorum noxa experimentis comprobatur. 37.
Penuriæ provisum. 71.
Carnium copia Romæ grassante boum pestilentia unde. 37.
Cataplasma ad boves infectos liniendos. 202.
Ejus efficacia. ibid.
Causa bovillæ pestis ex ejusdem observationibus, ac symptomatibus innotescit. 175.
Causas epidemiæ equinæ esse serosas & fervidas sanguinis particulas. 225.
Externas in peculiari aëris constitutione contineri. 226.
Cauteriorum utilitas in bovilla peste. 203. & 210. & 211.
Inustio quomodo facienda. ibid.
Ab antiquis commendata. 210.
Christifideles excitantur ad preces. 12.
Ciceronis dictum. 205.
Cichorium bupreſtis alimentum. 169.
CLEMENS XI. Vide Pontifex.
Cœnobia Virginum cur à peste immunia. 214.
Cœtus indictus ad dijudicandas lites inter dominos & colonos. 65.
Colonorum versutiis & fraudibus obviàm itur. 66.
Comitialis morbi causa ex caprarum dissecto capite ab Hippocrate deprehensa. 182.
Congregatio peculiaris super bovillæ pestis negotio habita apud Illustrissimum Bancherium. 7
Congregatio habita apud Eminentissimum Camerarium super

ſuper boum aratorum penuria. 58.
Conjecturæ ſuper re perſpicua inutiles. 187.
Conſilia in rerum caſibus capienda. 64.
Tempore bovillæ peſtis habita poſteris documento futura. 74.
Conſeliginis radix. 211.
S. *Conſulta ſuſpectis, ac peſtilentia affectis bobus medicinam tentandam eſſe ſtatuit.* 6.
Edicit nè boves ex Maritima provincia atque Campania Romam adducantur. 8.
S. *Conſultæ decretum de Boum ſuſpectorum cuſtodia.* 5.
Contagio bovilla per ſolum contactum atque afflatum diſſeminatur. ibid.
Ex corporum exhalatione. 190.
Sublato cum infectis commercio cohibita. 70.
Contagio humana diligenti boum ſepultura vitatur. 71.
Quibus cautionibus arceri poſſit. 217.
Scilicet boum infectorum à ſanis ſecretione. ibid.
Etiam ipſorum cæde per ſclopetariam glandem. ibid.
Sanos boves à conſuetis ad intacta paſcua compellendo. ibid.
in Conventu ad explorandam equorum epidemiam apud Eminent. tum Præſulem Origum qui adfuerint. 225.
Quid ibidem fuerit agitatum. ibid.
Conventus habitus apud Illuſtriſſimum Bancherium ſuper boum aratorum penuria. 54.
Coriariarum officinarum infrequentia in Romano agro. 38.
Corium peſtifero ſeminio retinendo & diffundendo aptiſſimum. ibid.
Cornetani boves qua diligentia immunes fuerint ſervati. 52.
Corpuſcula per ſe innocua quo pacto noxia evadant. 189.

Craba quid. 186.
Crucis signo boves à peste liberatos fuisse. 147. & 151.
Cutanei decubitus contaminatis bobus salubres. 176.

D

Deliberationes circa rem frumentariam à Sanctissimo Patre approbantur. pag. 61.
Deus adest diligentibus, abest negligentibus. 72.
Diaphoreticorum juvamen in bovilla peste. 210.
Eorum tamen formula periculosa. ibid.
Divinum auxilium quando magis implorandum. 10.
Diureticorum utilitas in equina epidemia. 229.
Domus lepra polluta intus radebatur in Mosaica lege. 218.

E

Ecclesiasticum Imperium quo cæteris præstet. pag. 10.
Edicta minacia aliorum Principum circa sementem tempore pestis bovillæ non imitata. 62.
Edictum nè boves ex contaminatis Provinciis Romam adducantur. 75.
Quo boum nundinæ interdicuntur. 80. & 82.
Indulgentiarum, Bovilla peste grassante, promulgatarum. 17. & 25.
De Precibus recitandis. 15. & 29.
De mortuis animalibus significandis, ac sepeliendi ratione. 101.
Ne boves in prædium S. Petri in formis aliunde invehantur. 87.
De integris boum cadaveribus sepeliendis eorumque carnibus, ac pellibus minimè vendendis. 78.

Adversùs eos, qui cadavera insepulta reliquerint. 112.
Quo impunitas, ac præmia delatoribus promittuntur. 115.
Nè boves aratores, & vitulæ anniculæ mactentur. 95.
De Agris subigendis. 137.
De sementibus faciendis. 105. & 109.
Quo Agricolæ ad agros subigendos invitantur. 121.
Citatorium. 125.
Pontificium quo Agricolæ ad faciendam sementem excitantur. 129.
Prorogatio Edicti de semente facienda. 118.
Quo frumenti, ac frugum census jubetur. 123.
Empirica ex animalium observatione orta. 180.
Emplastrum corrosivum collo impositum in Equina epidemia utile. 224.
Endeleichi Rhetoris carmen de bovilla peste. 184. *& seq.*
Epidemia Boum fuit vera pestis. 153.
Equina Romæ Martio mense cœpit. 222.
Equina non halitu afflatur. 226.
Eadem duplex, altera celerior, altera tardior. 22.
Epidemiæ Equinæ primum genus exitialius quomodo invaderet. 223.
Alterius generis signa. *ibid.*
Epidemiæ Equorum finis. 338.
Equi & Asini quibus terris arandis sint idonei. 52.
Malè affecti non fatigandi. 223.
Epidemia tacti qui moriantur, vel convalescant. 223.
Nauseantes quomodo ad cibum alliciendi. 229.
Equina epidemia Malis *ab Hippiatris dicta.* 223.
A Virgilio describitur. 224.
Est febris epidemica ex Rufo. *ibid.*

Equini cadaveris trachea & thorax quid obtulerint. 236.
Equis fatigatis quid mali accidat. 223.
Equorum lue tactorum viscera inflammantur. 224.
Excrementa cum bobus contaminatis tumulanda. 219.
Excubiæ in Cornetani agri confinibus ad pestem arcendam. 53.
Extispicium cur in sacris litteris præceptum sit. 82.
Equinum quid obtulerit. 233. 235. & 236.
Serum effusum & viscera inflammata exhibuit in cadavere equino. 235.
Extispicium boum quid exhibuerit. 156.
Cur dissimile fuerit in singulis bobus. *ibid.*
Cur & quando incertum esse soleat. 156.

F

Febris communis est vera pestis juxta Hippocratem. pag. 154.
Febris cum bovilla peste semper conjuncta. *ibid.*
Ejus signa & symptomata. 154. & 155.
Febris in bovilla peste qualis. 194.
Fermenta peculiaria in seminibus plantarum. 159.
Fermentum pestiferum quomodo multiplicetur. 177.
Qua ratione boves affecerit. *ibid.*
Inediâ acuitur. 178.
Fœnum & gramen virentia telluris miasmata exugunt. 231.
Serenda super tumulos equorum. 231.
Frictiones utiles in epidemia equina. 229.
Frumenti pretium tempore bovillæ pestis cur solito majus statui non debuerit. 56.
Frumentum in annonæ penuria cur ex Piceno coëmi debue-

buerit. 57.
Exinde facilè advectum. *ibid.*
Frusinonis Nundinæ ob pestis bovillæ suspicionem interdicuntur. 2.

G

D. GAgliardus *Medicus Collegialis interfuit Congregationi habitæ apud Illustriss. Præsulem Origum*. pag. 225.
Illustriss. Ghezii cura in bovilla peste propulsanda. 4.
Idem peculiari Congregationi super bovilla peste adhibetur. 7.
Idem Boum cadaveribus sepeliendis ab initio præfectus. 40.

H

HAlitus *pestiferi quid sint*. pag. 192.
Per quas partes in animalium corpora faciliùs se insinuent. *ibid.*
Halitus contagiosi per quæ corpora communicẽtur. 215.
Hepatis antimonii forma, & usus. 223.
Hesiodi adagium. 200.
Hippocrates pestiferi veneni naturam optimè exposuit. 117.
Hippocratica sententia de pestis causa explanatur. 158.
Hippocratis doctrina de brutorum, plantarum, ovorumque incubatorum dissectione. 180. 181. & 182.
Dictum. 188. & 203. & 205.
Sententia exposita. 204.
Humana consilia divinitus gubernari. 232.

Humorum copia cur Boves pesti reddat obnoxios . 160.
Hungaricus Bos luem in Italiam invexit . 1.

I

Illustriss. JAcobatius *Generalis Fiscalis convocatur in consilium super bovina lue* . pag. 3.
Illustriss. Imperialis Julius Præsul in Congregationem peculiarem super bovilla peste advocatur . 7.
Commissarius Generalis ad tumulandos boves . 41.
Ejusdem literæ ad Præfectos oppidorum de bovillæ pestis cautione, & boum tumulatione . *ibid.*
Ejusdem vigilantia in boum cadaveribus conquirendis . 45.
Diligentia in bobus sepeliendis . 41. & 42.
Indulgentia à Summo Pontifice concessa . 11.
Indulgentiarum decretum per universam Italiam promulgatur . 12.
Infectarum carnium esus refellitur . 55.
Illustriss. de Judice Nicolaus Præsul peculiari Congregationi super bovilla peste adsciscitur . 7.
Quomodo frumentum è Piceno convehi curaverit . 57.
Ejusdem summa diligentia in frumento aliunde comportando . *ibid.*

L

LAc *contaminatarum Vaccarum humo operiatur* . pag. 219.
Lactantes bubali cur à peste evaserint . 161.
Litaniarum nova formula pro peste bovilla . 11.
Literæ Apostolicæ ad Illustrissimum Imperialem . 47.
Lites inter colonos & agrorum dominos pestis causa exor-

exortæ. 65.
Quomodo fuerint deciſæ. 66.
Lites inter paſtores, & paſcuorum dominos obortæ. 67.
Quibus regulis ſublatæ ſint. *ibid.*
Luem equinam ex ſanguinis vitio profectam. 237.

M

MAla formidata ſemper minora obveniunt. 72.
Malidum ſpecies, quæ in hac bovilla peſte deſevierunt. 186.
Μαλίη ὑγιὴ. *ibid.*
Μαλίη ξηρὴ. *ibid.*
Malis quid. *ibid.*
Ejus ſpecies quatuor. *ibid.*
Malis *vetus bovillæ peſtis nomen.* 154.
Arthritica ſalutaris in prima equorum epidemia. 229.
Malis à bovilla peſte inſtantibus quomodo proſpectum. 70. & 71.
Liberati cautiores fiunt. 216.
Medicina comparata quæ. 180.
Ejus Auctor Hippocrates. *ibid.*
Medicorum Batavorum prudens conſilium. 232.
Mediolanenſis tractus peſte bovilla correptus. 1.
Mercator boum ad egeſtatem redactus Pontificia munificentia adjutus. 50.
Mercatores probi digni ſunt Principum ope in adverſis. 51.
Mercatores puniuntur, quòd contra edictum boves peſte correptos in Urbem intulerint. 4.
Mortis potiſſima cauſa in bovilla peſte. 176.

N

Naturæ opera cognitu ardua. pag.193.
*Neapolitanum regnum bovilla peste contactũ.*2.
Nominum etymologia ad quid conducat. 185.
Nundinarum locus Romæ cur mutatus. 215.

O

Operis propositum quale. pag.70.
Oratio pro peste animalium. 24.
Illustriss. Origus Caspar Arcis Propræf. equorum morbos callet. 226.
Ova, jus carnium, & intrita ineptè equis propinantur. 229.
Ovorum incubatorum observatio ab Hippocrate præcepta. 181.

P

Palamedis remedium adversùs pestem. pag.201.
Panis fermenti natura. 177.
D. Paoli Michael Angelus Proto-Medicus Generalis in consilium adhibitus in epidemia equina. 225.
Pastorum mutuus commeatus interdicitur. 9.
Vestes ac lintea suffienda. 219.
Patavinus ager primus lue inficitur. 1.
Pauli V. Bulla in usum revocata & aucta. 60. & 63.
Paulus V. Pont. Max. qua lege Boum proventui ad agriculturam prospexit. 53.
Eminentiss. Paulutius super Bovilla peste statim in consilium advocatur. 3.
Pecudes, quæ luem effugerint, quomodo tractandæ. 219.

Pelles & adeps boum peſtem latiùs diffundunt. 71.
Perſarum abſtinentia. 201.
Peſtifera ſeminia ex animalium excoriatione facilè ſparguntur. 38.
Sub ſenſus non cadunt. 193.
Peſtiferum fermentum quale. 195.
Ejus effectus. *ibid.*
Cur varios edat effectus. 196.
Cur Boves præ cæteris affecerit. *ibid.*
Miaſma lixivio coriariorum emendatur. 39.
A matribus vitulis communicatum. 161.
In bobus ab externis ad intima propagatum. 176.
Peſtilentia noſtrorum criminum pœna. 10.
à Peſtilentiâ, naturæ ſpontè potiùs, quàm medicamentis animalia convaleſcunt. 6.
Peſtis non æquè ſingula animalium genera afficit. 35.
Peſtis quomodo ex uno animalium genere ad alia propagatur. 35. & 188.
Diverſitas pro animalium diverſitate. 59.
Ex putidis cadaveribus excitata. 40.
Exempla ex cadaveribus. *ibid.*
Adagium. 200.
Sub Conſtantino Magno unde. 40.
Ex animalium viventium copia atque admiſtione coorta. *ibid.*
E' Campaniæ finibus Latio invecta. 68.
Bovilla in Latio poſt novem menſes ceſſit. *ibid.*
Apud Tranſpadanos nondum extincta. *ibid.*
Animalium ad homines propagatæ exempla ex Livio & Plutarcho. 145.
Bovilla homines invaſit. 146.
Ejus exemplum ſub Carolo Magno. *ibid.*
Ejus vis Endeleichi tempore. 149. & 150.
Noſtræ ætatis minor prioribus. 153.

Utpo-

Utpote boum internecione cohibita. *ibid.*
Eadem cur ſolos boves infeſtaverit. 157. & 159.
Bovillæ cauſa generalis quæ fuerit. 170.
Ejus peculiaris cauſa ignota. *ibid.*
Peſtis bovillæ ſigna. 184.
Bovilla à Fraſcatorio deſcripta. 185.
Eam mitiorem fuiſſe quàm quæ noſtra ætate graſſata eſt. 185.
In quibuſdam locis cur mitior. 190.
Cur non ſingula animalia eodem modo afficiat. *ibid.*
Ab herbis infectis illata. 191.
Bovillæ ſymptomata. 193. & 194.
Cur alternos boves peremerit. 199.
Tutiſſimum remedium eſt occidere ſtatim infectas pecudes. 220.
Pilulæ equorum frænulis alligandæ. 233.
Plantarum diverſitas unde. 158.
Succi cur inter ſe diſſimiles ſint. *ibid.*
Obſervationes ab Hippocrate commendantur. 181.
Plauſtrarios boves aratoribus ſufficiendos nonnulli crediderunt. 55.
Polypi in corde equorum obſervati. 235.
Iidem paulo ante mortem concreſcunt. 237.
Pompei Magni exercitus cur peſte correptus. 40.
SS. Pontificis CLEMENTIS XI. laudes. 72. & 232.
Ad Auctorem mandata de bovilla peſte propulſanda. 3.
Providentia in bobus comparandis ad agrorum culturam. 52.
Solicitudo erga Pop. Rom. & rem frumentariam. 57. & 61.
Singularis munificentia. 42.
Mandata ad Illuſtriſſimum Imperialem, & diploma de bobus ſepeliendis. 41.

San-

Sanctiſſimus Pontifex peculiarem Congregationem ſuper bovilla peſte inſtituit. 7.
Ad divinum Patrocinium confugit. 10.
Jubet precationes ad avertendam animalium peſtem recitari, ac ſupplicationem, atque Indulgentiam indicit. 11.
Aſthmate laborans præfuit. ibid.
Ejuſdem valetudo ex labore, dum ſupplicatio haberetur, ingraveſcit. 12.
Ingraveſcente morbo ab inſtituta ſupplicatione abſolvenda non deterretur. ibid.
Chriſtifideles hortatur ad preces. ibid.
Pecunias pauperibus largitur pro bobus ſepeliendis, 43.
Paupertatem ex bovilla peſte contractam propria munificentia ſublevat. 50.
Qua ratione proſpexerit colendorum agrorum difficultati. 62.
Quid juſſerit agricolis, aut dominis qui agros colere non poſſent, aut nollent. ibid.
Congregationis conſilia ſuper agrorum cultura approbat. 60.
Pratum extra Portam Capenam ad boum pabulum & cuſtodiam electum. 5.
Precum formula veſperi ad conſuetum campanæ ſignum recitandarum. 12.
Preces gentilium ad avertendam peſtem. 145.
Præſepia, mortuo bove quomodo ſint expurganda. 218.
Præſules in conſilium ſuper boum aratorum penaria adhibiti. 58. & 59.
Ad Agricolarum neceſſitatem perpendendam à Pontifice delecti. 63.
Ptiſana infectis equis utilis. 227.
Purgantia in Peſte bovilla damnoſa. 202. & 206.

Inter-

Interdum proficua & ubi. 206.
Equos vix morbidos, necant, & qua de causa. 224.
Purgantis formula alioquin celebris in nostra bovilla peste noxia. 206.

R

RAbiosas animantes comedentes in rabiem incidunt. pag. 170.
Remedia bovillæ pestis ab ejus effectibus indicata. 201.
In bovilla peste noxia. 211.
Proficua in principio epidemiæ equinæ. 227.
Remediorum formulæ animalium morbis minimè pestilentibus utiles. 84. & 85. & 86.
Remedium certum in bovilla peste nullum fuisse. 174.
Romanus ager quomodo laborare cœperit bovilla peste. 3.
Corruptioni obnoxius. 38.
Ejusdem aer cur insalubris. *ibid.*

S

Excell. SAcchettus Marcellus Orator Ordinis Hierosolymitani laudatur. pag. 208.
Sal Polychreston diureticis potionibus utiliter admixtum in epidemia equina. 229.
Saliva frænulo elicita infectis equis profuit. 228.
Saliva equina de contagione suspecta. 226.
Sambucus ad bovillam pestem commendatus. 209.
Sanctiones adversùs eos, qui ex Campania, Maritimaque Provincia boves Romam adduxissent. 8.
Sanguinis missio in peste bovilla noxia. 202. & 206.
Equinæ luis remedium. 227. & 228.
Eadem quando fuerit noxia. *ibid.*
Sanguinis missiones quando & ubi prosint. 206.

Sani equi quomodo immunes ſerventur ab epidemia. 230.
Scorbuti origo. 189.
Sectio prima equi priori epidemia interempti. 235.
Altera equi nondum defuncti. ibid.
Sectioni qui adfuerint. 234. & 233.
Segetes plurimæ fuerunt in Latio etiam cum boum penuria. 65.
Sententia tutior in peſte anteponenda probabili. 39.
Sententia de verminoſa putredine probabilis. 174.
Sententiæ variæ ſuper boum aratorum penuria. 55. & 56.
Setaceum in collo tenaciorem lympham utiliter educit. 228.
Sidonii de carnibus contaminatis opinio. 36.
Signa contractæ luis frequentiora. 155.
D. Sinibaldus Medicus Collegialis Congregationi apud Illuſtriſſimum Præſulem Origum interfuit. 225.
Specificum in bovilla peſte nullum. 200. & 205.
Spiritus animales à peſte potiſſimum affecti. 192.
Steriles bubali cur à peſte facilius evaſerint. 162.
Suffimentorum formæ. 218.
Symptomatum morborum conſideratio neceſſaria. 179.

T

Illuſtriſs. TIberius Cincius in peculiarem Congregationem ſuper bovilla peſte cooptatur. 8.
Timor cautiores nos reddit. 72.
Tophus Juvencarum Plinii quid ſit, & quomodo in ſtomacho progignatur. 156.
Tranſpadana regio minori diligentia, quàm Romanus ager in bovilla peſte opus habuit. 38.

V

VAccarum albarum ſumma ad Annonæ Præfectum referenda. pag. 53.
D. Valliſnerius laudatur. 174.
Illuſtriſs. Vareſius Prior Congregationi peculiari ſuper bovilla peſte adſcribitur. 8.
Variolæ bruta non afficiunt. 186.
Venereæ luis varii effectus. 195.
Veneta Regio univerſa bovilla contagione polluta. 1.
Venetæ Reipublicæ vigilantia. 199.
Veritatis inquirendæ ratio quæ. 175.
Vermes circa boum os & cornua à muſcis procreati. 155.
In boum naribus. 171.
Morbus ab iiſdem illatus. *ibid.*
Ejus remedium. *ibid.*
Non fuiſſe bovillæ peſtis cauſam. 172.
In ſanguine boum geniti an bovillam peſtem intulerint. 173.
Ab Auctore nunquam in ſanguine obſervati. *ibid.*
Incertum an ab externo aëre advenerint. *ibid.*
Recentiorum ſuper iiſdem obſervationes. *ibid.*
Eorundem noxæ ex Varrone & Columella. 174.
Veſicantia collo admota, pernicioſa in epidemia equina. 228.
Veſpillones cur in humana peſte immunes fuerint. 160.
Veterinaria Medicina Medico non indigna. 179.
Veterinarii quomodo ægros boves adire debeant, nè ſanos inficiant. 217.
Victus tenuis in bovilla peſte utilis. 201. & 216.
Vinum quomodo aceſcat. 177.
In epidemia equina laudatur. 227.
Viperei morſus ſymptomata unde. 177.

Viſce-

Viscerum labes ab infectis liquidis emergit. 156.
Vitulæ ablactatæ, nè mactarentur, cautum. 54.
Vitulos, & bubalos lactantes, non impetrata facultate, vendi prohibitum. 54.
Lactantes cur peste interierint. 161.
Vitulorum numerus, ad agrorum cultum, servandorum. 54.
Urinæ defectus in equis infirmis unde. 235.
Vulneraria ad bovillam pestem utilia. 207.
Eorum formula probata. ibid. & 208. 209. & 212.

Y

Υποδερματῖτις. *Vide* Malis.

		Errata.	Corrige.
Pag. 39.	Lin. 4.	Myrthi.	Myrti.
52.	l. 15. à fin.	ruriculas.	ruricolas.
53.	l. ult.	ruriculas.	ruricolas.
54.	l. 1.	degnissimum.	dignissimum.
156.	l. 3.	certa & perpetua.	certas & perpetuas.
145.	l. 24.	cœsi.	cæsi.
	l. 25.	ἀφνιδίες.	αἰφνιδίως.
	l. 26.	ἀπόμυξω.	ἀπόμυξω.
169.	l. 18.	Vigetius.	Vegetius.
	l. penult.	invasisse.	invasisset.
		taraxaco.	cichorio.
171.	l. 13. à fin.	Absynthii.	Absinthii.
172.	l. 11.	visu digna.	risu digna.
173.	l. 18.	Valisnerio.	Vallisnerio.
182.	l. 6. à fin.	ydatides.	hydatides.
186.	l. 14.	ἀρθρίτην.	ἀρθρῖτην.
	l. 15.	ὑποδερματίτην.	ὑποδερματῖτην.
188.	l. 6. à fin.	renotata.	renovata.
191.	l. 26.	Gesnerii.	Gesneri.
195.	l. 13.	ydatides.	hydatides.
208.	l. 17.	Hyerosolimitani.	Hierosolymitani.
212.	l. 9.	Mirtill.	Myrtill.
		Cupariss.	Cupress. vel Cyparissi.

162

Complete
Blossoms

K. 1